Sol per aspectum fortunatus est: et malus per coniunctionem in uno signo et est masculus diurnus operatur caliditatem et siccitatem: et est significator patrum si fuerit nativitas in die significat regnum maximum et animam vitalem et lumen et splendorem et intellectum et pulchritudinem et mundicitiam atque fidem. Et ex etate finem iuueniunt. Et participatur vniuersis planetis in dispositione annorum. Et ex magisteriis regimen et principatum: et significat iaculationem iaculorum et venationem purgationes cum omnibus specie purgandi qua corpora interius et exterius purgantur. Et ex infirmitatibus significat infirmitates calidas et secas in corporibus apparentes. Et ex substantia aurum plurimum et vniuersas species substantie. Et ex qualitate ipsius animi sublimitatem prudentiam et que sequuntur honestatem. scilicet largitatem et gloriam: et prolixitatem metus. Et ex sectis culturam bonam et eis similia. Et significat imperium vocis et fortitudinem celeritatis. Si complectitur ei saturnus significat villicationes et huiusmodi principatum. Si iupiter significat in fide principatum et religionem et etiam iudicem inter homines iudicantem opera oppressorum vel inuictarum et ceterum. Si mars signat ducatum exercitus et investigationem bellorum. Si venus signat regnum per mulieres et per obsequium potentum. Si mercurius signat consultores regum et opus librorum et hereditatum et maiorum operum. Si luna signat opus legatorum et detectionem consiliorum et huiusmodi similia. Et dixerunt quidam quod sol signat imaginem vultus hominis: et proprie ex viris oculum dextrum: et ex mulieribus oculum sinistrum: et dixerunt quidam quod habet cor et medullam et femora. Et ex infirmitatibus comeditionem carnium in ore: et detrimentum oris proprium et descendit aqua in oculum: potestas eius in capite. Et dixerunt indi quod eis fuerit in ascendente erit comburens et habebit signum in facie. Et habet ex coloribus quicquid videt peregrino colore: et ex saporibus acrem. Et quantitas orbis eius est. 15 graduum. Et ex diebus diem habet dominicam: et ex noctibus noctem. Iouis anni fridarie eius sunt deces. Et anni eius maiores sunt. 120. maximi sunt. in. 1460. mediij. 39. et dimidiis vel sum quosdam. 69. et dimidium: minores vero 19. Fortitudo eius ex plagiis circuli est in oriente. Et dixit mesceala quod signa de figuris hoium eum que habet colorem inter crocem et nigrum. id est fuscum rectum cum rubore brevi stature scriptum caluum pulchri corporis: habet ex saporibus acutum. Et dixit Dorotheus quod figura solis et lune est figura planetarum que fuerint cum eis: et eius que dignior fuerit in loco eorum. Si ergo velis scire figuram solis scito quod sit crocea habens partem ruboris capillorum oculi eius aliquantulum crocei. Et ex partibus habens partem futuorum. id est parte diuinacionis et est significator naturarum et spiritus sapientie elevationis et perfectio- nis fidei quoque scientiarum et laudum. Et ex partibus mundi habet zamarach et cura et ferit et eius terminos et terras romanorum.

Fenus fortuna feminina nocturna et est significatrix mulierum et virginum ac matrum si fuerit nativitas diurna et operatur frigus et humiditatem temperatam: et ex etate habebit iuuentutem vel adolescentiam: et ex magisteriis instrumenta ludorum ornamenta quoque et figurae pulchras et ludos alearum et schacorum et saltationes et ocia et fornicationes ac fornicatores et filios fornicationis et multitudinem coitus: et vniuersa genera luxurie et compositiones coronarum et usus earum: et pulchritudinem

ac mundiciam vestimenta etiā et ornamenta. Iurum et argentum et dilectiones ludos rūsus et gaudiuſ et vnguenis diversisq; speciebus vii potationes et ebrietates: seq; credit omnibus: largitatem quoq; significat: et dilectionē diligentia amorem iustitiae et domos orationis reuertit quoq; fidem: et significat magisterium omnium signorū veluti musicaz tē. q; si complectitur ei **Saturnus** ignificat sonum cantationū quibus deflentur aliquando mortui: vel quas cantant editatores quando odificant edifica. Et si complectitur ei **Jupiter** significat sonum lectionum vel cantationum quibus vtuntur domini secarum in altari bus et locis orationis eorum in laudem dei omnipotentis. Et si **Mars** significat sonos quibus vtuntur seculares et cantus vulgi in quibus fit mentio blasphemie vel pretiorum: vel in quo fit mentio carceris vel laboris et horum similia: vi cantus in quo fit mentio captivitatis et alligationis et percussione flagelloꝝ. Si **Sol** significat sonuz ligni quo cantatur cora regibus et nobilibus. Si **Hercules** sonum qui exercetur in cōpositione versuꝝ. Et si luna significat canus nautaruz in nauibus. et ex infirmitatibus morbos habet frigidos et humidos qui accidunt proprie et multotiens in membris genitalibus. Et ex substantia que acquiritur propter pulchritudinem: vt sunt ornamenta mulierum: et vestimenta earum margaritas atq; picturas. Et ex qualitate animi suavitatez et amicitia et cōmestio nem et his similia: et cupiditates potionis et cōmissionis ac coitus. Et ex sectis cultura idoloruz: et eos in quibus maxime exercentur commestiones atq; potationes. Et dixerunt quidam q; significat anchas et spinam dorsi et sperma. Et alij dixerunt q; habet significare pinguedinem et carnes et renes et vulvā matricem venire pecunem et vmbilicuz. Et habet ex coloribus albedines: et ex saporibus vnicuolum. Et quantitas orbis eius. 7. graduuꝝ. Et habet ex diebus diem **Veneris**: et ex noctibus noctez martis. Et anni fridarie eius sunt octo. Et anni eius maiores. 82. maxim. 151. et medij. 45. minores vero. fortitudo eius in plagis circuli est in dextra orientis. Et dixit **Desceala** q; signat de figuris hominum hominem album trahentem ad nigredinez pulchri corporis et capillorum: faciem habentem rotundam: et paruum habentez maxillam pulchros oculos: et eius nigredo oculorum est plusq; oportet. Et dixit **Dorotheus** signat hominem pulchram faciem habentem pulchros oculos et multos capillos et plus album confectum rubore crasum ostendentem benignitatem. Et habet ex partibus partem desiderij et significat amicitia et ludus et dilectionem et patientiam et coniunctiones masculorum. Et habet ex partibus mundi albidet et alienem et terras arabum.

Herculus commixtus masculinus diurnus inclinatur per naturam suam ad eum qui complectitur ex planetis et ex signis: et est significator fratrum minorum: et significat seruos et dilectionem concubinorum signat etiam deitatem et oracula prophetarum et crudelitatem et opus et honorem vel orationem. Qui si in natura sua fuerit et nullus planeta ei complectitur significat res terreas et rerum augmentationem crescendo: et ex etate iuuentutem et profectum in ea: et ex operibus opera que generant cognitionem predicationem et rhetorica et negotiationem et extimationem et geometriam: et dispositionem rei et philosophiam et auguria et proverbia et scripturam: et verisificandi scientiaz et opus numeri maxime. Eui si complectitur **Saturnus**

turnus significat ex opere numeri opus mensure terrarum et hereditatum et numerum ediciorum atq; telarum. **S**i Jupiter signat numerum psallendi et numerum librorum diuinorum. **S**i Mars significat numerum qui sit in donatis exercituum et pugnantium et numeram percusionis flagellarum atq; clavarum. **S**i Sol signat preesse numero regum et substantie domorum. **S**i Uenus signat numerum chordarum lignorum seu cythararum numerum sonorum atq; fistularum. **S**i Luna signat numerum ferculorum que sunt ad commestiones uenerantium extra domum. **E**t signat de infirmitatibus infirmitates spirituales anime. I. cogitationes horribiles: et inquietudinem mentis atq; dubitationes et cetera similia. **S**ignificat etiam animi qualitez et similia sibi complexione suam et coniunctionem: cum fuerit fortunatus erunt bonitates sibi genus fortunae que facit eum fortunatus: et sibi locum in quo fuerint fortunatus mercurius: et cum fuerit malus erunt iniuriae sibi malum quod eum facit malum: et sibi locum in quo factus est malus. **E**t significat ex sectis culturam unitatis et horum similia: et hoc secreto cum hypocrita et simulatione. **E**t dixerunt quidam qd significat femora umbilicum et pecten et crura neruos atq; venas et ex coloribus habet omnem colorem coquintum atq; variatum: et alez menum qui est color floris lily agrestis: et ex saporibus acetosum. **S**i quantitas orbis eius est. 7. graduum: et habet ex diebus diem mercurii: et ex noctibus noctem diei domine. **T**unc fridarie eius sunt 13. et anni eius maiores. 76. maximi. 460 medij. 48. minores vero. 20. fortuudo eius in plagiis circuiti est in septentrione. **E**t dixerunt quidam mercurius a medio retrogradationis eius usq; ad statio nem secundam significat pueritiam: et a statione secunda usq; ad coniunctionem solis iuuentutem: et a coniunctione solis usq; ad stationem primam medianam etatem: et a statione sua prima usq; ad medium retrogradationis significat senectutem et contrarietatem: et in coniunctione sua per directionem usq; ad stationem primam significat dilectionem et amiculam et amoris imitationem: et ex statione sua secunda ad coniunctionem iens significat inquisitionem dilectionis et concordiam: et a statione sua prima iens iterum ad retrogradationem significat inquisitionem contrarietas et dissimilationis ardoritatem et verecundiam parvam et occupationem et stuporem in redus: et in medio retrogradationis significat celeritatem temperatam proprie ingenij debilitatem. et apud stationem secundam significat stuporem et occupationem ingenij et tarditatem et egressus ab hac celeritatem et aperitionem ingeniorum: et coniunctione sua soli per directionem significat celeritatem ex passionem ingeniorum et latitudinem vel augmentationem eorum. **S**imiliter Veneri accidit in his locis et planetis aliis. **E**t dixit meteala mercurius significat ex figuris hominem non multum album neq; nigrum habentem colorem: frontem habentem eleuatam et longam: in facie longitudinem et nasum longum: rarae habentem barbam in maxillis et oculos pulchros non extoto nigros: longos quoq; habentem digitos. **E**t ex paribus habet partem negotiationis: et significat tumorem et infestationem et bellum et inimicicias et seductiones et contrarietates: et significat quoq; perfectum magisterium et subtilitatem in opere et inquisitione: et in ceteris que sunt in hominibus ex accus et contentionibus. **S**i ex terris habet adelech alcuidem et maxime in meridie: et terras in dorum.

Luna fortuna feminina nocturna operatur frigiditatem et humiditatem ex significatrix matrum: si fuerit nativitas nocturna et est in ea falsa temperatum et significat etatez puerilem et initium crescendi. **E**t ex operibus habet legationes et manda: et opera aquarum atque terrarum secundum quantitatem fortunij vel infortunij vel mali quod si fuerit bona significat bonum et econuerso. Significat etiam principatum si prefuerit vel fuerit domina aliquibus rebus ad regem pertinentibus si fuerit fortunata a sole in bono aspectu et in bono loco. **E**t de substantia significat argumentum et terre cultum si habuerit auctoritatem in quarta et ex fide religionem. **E**t ex infinitis epilenis paralism guttam caducam et vultus torsionem endonationem membrorum et commotionem: et quicquid fuerit in similitudine frigoris et humiditatis. **E**t qualitatem animi secundum coniunctionem suam cum planetis. **C**ui si complectitur fortuna: et fuerit fortuna ipsa Venus significat curialitatem et benignitatem: et animi suavitatem: et morum honestatem: et motus celeritatem: et diuinum obsequium. **S**i fuerit Jupiter significat honestates cautelam et societatem et benignitatem et vite pulchritudinem. **E**t si complexa fuerit malis et fuerit mars significat studium surrurbationis inter homines et usus in talibus. **S**i Saturnus odium simulationem ac inuidiam. **S**i fuerit sol ab aspectu laudabili significat dispositionem regalem. **E**t si fuerit Mercurius significat rhetorica id est facundiam et bonitatem lingue et scripturam. **E**t differunt quidam quod significat cogitationem et nouitatem animi et debilitatem sensus et grauitatem lingue: et mulieres honestas: et nutriones paruulorum: et matres et materieras: et preparationes ciborum. **E**t dixerunt alii quod significat cerebrum proprium et pulmonem. **E**t ex coloribus habet coeum: et ex saporibus salutem. **E**t quantitas orbis eius est. 12 graduum. **E**t significat ex viris oculum sinistrum: et ex mulieribus dextrum. **E**t ex diebus habet diem lune: et ex noctibus noctem veneris. **A**nnifridarie eius iunt novem maiores autem. 108. maximi. 520. et medi. 66. et dimidium: et secundum quoddam. 39. et dimidium: et minor res vero vigesimoquinto. **E**t fortitudo eius ex plagiis circuli in dextra occidentis. **E**t dixit Hesseala quod significat de figuris hominum hominem album concentrum rubore iuncis superciliis: beniuolos habentem oculos non ex toto nigros faciem rotundam pulchram staturam: et in facie eius signum. **E**t extensis habet arcoch et tumanaz et aldeilam. **E**t quidam dixerunt quod significat pueritiam ab initio mensis usque ad. 7. dies: et a. 7. diebus usque ad. 14. dies iuuentem: et significat etatem perfectionis. 1. medie etatis usque ad. 21. dies et noctes: et senectutem usque ad coniunctionem: id est usque in finem mensis quando contingunt soli. **E**t cum fuerit subradiis Solis significat secreta et res occultas: et similiter omnis planeta: et in initio mensis quando crescit significat omnem quod faciendum est: et in impletione sua quod destruendum est: quia decrescit: et in initio mensis ipsa et Sol significat accusatores: et in fine mensis accusatos: et significat in initio mensis lucrum et continentiam: in fine mensis stipendia et desperaciones: et significat in oppositione contrarietatem: et in initio mutationis ad oppositionem id est cum fuerint inter eam et oppositionem 15. gradus signi initium contrarietatis et eius causam: et cum separata fuerit ab oppositione significat causas exceptis a contrarietate: et in exiū suo de subradiis Solis significat exiū ab occultatione et his simili: et in initio sub radiis significatione ad oc-

cultandum: et hora divisionis a Sole significat aptationem exitus sui ab occulta-
tione: et hora exitus sui de subradiis significat apparitionem et aduentum ab
absentia: et dum fuerit in quarto aspectu Solis significat diminutionem rei seu
descensionem ab alto in infimum. Similiter in quarto aspectu secundo sed in
quarto aspectu primo significat apparitionem rerum et lucrum et augmentum
continetur: et in quarto aspectu Solis secundo significat horum opposita. Et
dixerunt quidam quod Luna in coniunctione quidem visib; ad dimidium luminis
sui primum erit natura eius humida et medietate luminis sui visib; ad imple-
nem erit natura eius calor: et ab impletione visib; ad dimidium sui luminis se-
cundum erit natura eius siccitas: et a dimidio luminis sui secundi visib; ad con-
iunctionem erit natura eius frigus. Reliqui vero planetae ab oru suo visib; ad
stationem suam primam in natura humiditatem erunt et significant pueritiam:
et a statione sua prima visib; ad oppositionem solis erit natura eorum calor: et si
significat iuuentutem: et ab hoc loco visib; ad stationem secundam erit natura eo-
rum siccitas: et significat perfectam etatem: et a statione sua secunda visib; ad oc-
cultationem suam primam erit natura eorum frigus: et significat senectutem
frigidam. Et dixerunt quidam quod sol significat spiritum, id est animam vitalez,
Luna cogitationem et sensum. Saturnus merorem et tristiciam vilitatem ma-
lum. Jupiter sapientiam et rationem. Mars iram furiaz et celeritatem. Venus
ludum et gaudium. Mercurius rationalitatem seu dialeculam et disciplinam.
Et quia diximus in hoc capitulo de significatione planetarum dum comple-
ctuntur alteri planete. Similiter etiam est considerandum in ceteris rebus
que significant planete.

O E ordine vero planetarum seu principatu eoru in conceptione pue-
rorum: et quidam fuerint in ventre matris. Scindens est quod primus men-
sis ab hora: scilicet conceptionis est Saturni. Secundus Iouis. Ter-
tius Martis. Quartus Solis. Quintus Veneris. Sextus Mercurij. Septi-
mus Iune. Octauus Saturni: et ideo non vivit qui nascitur in octavo mense:
eo quod sub potestate Saturni nascitur: et nonus Iouis. Principatus quoque sue
ordinatio planetarum in vita humana, id est disponant vitam natu-
ritam. Luna incipit ab ingressu nati id est a nativitate pueri: et disponit secundum
quantitatem annorum nutritiiorum qui sunt quattuor anni. Deinde Mercur-
rius post decez. deinde Venus octo. postea Sol. 19. postea Mars quindecim.
postea Jupiter duodecum. deinde Saturnus visib; in fine myie.

De natura capitis draconis et caude.

C iput draconis est masculinus. Similiter etiam est fortuna et natura
eius est composita ex natura Iouis et Veneris: et hoc significat regnum
et forunam atque substantiam. Et dixerunt quidam quod natura eius est
augmentatio: quia cum fuerit cum fortuna auger fortunam eorum: et cum fue-
rint cum malis auger malitiam eorum: et anni fridarie eius sunt tres. Clauda
vero eius est mala: et natura eius est composita ex natura Saturni et Martis:
et significat detectionem et casum atque paupertatem. Et dixerunt quidam quod na-
tura eius significat diminutionem quod cum fuerit cum fortunis diminuit fortu-
nam eorum: et cum fuerit cum malis diminuit malitiam eorum: ideoque dictum

est caput: est fortuna cum est cū fortunis: et malum cum malis: et cauda mala cū bonis et bona cum malis: et anni eius fridarie eius sunt duo.

De horis diei et noctis quorum sunt planetarum.

Gluerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum erit prima hora ipsi secundum ordinem circulorum pari ratione est successio verbi gratia: die veneris cuius est et dies prima hora est ipsius veneris secunda mercurij. tercia lune. quarta saturni. quinta Iovis. sexta martis. septima solis. octaua ieruz. venoris. nona mercury. decima lune. undecima Saturni. duodecima Iovis. ecce habes. 12. horas diei inaequales. Itz de horis noctis. Prima hora se quibus noctis est martis cuius est et tota nox. Secunda Solis. Tertia venoris. Quarta Mercurij. quinta Lune. sexta saturni. septima Iovis. octaua ierum martis. nona solis. decima venoris. undecima mercury. duodecima lune. et sic habes etiam. 12. horas noctis inaequales. Et incipit dies sabbati postea cuius prima hora est saturni: et ipsius est tota dies sic per ordinem numerando inuenies horas dierum et noctium et divisiones earum super planetas singulos si deus voluerit.

De horis masculinis et femininis.

Oscuntur et hore esse masculine et feminine: quia hora prima vniuersus diet et noctis est masculina. secunda feminina. tercia masculine. quarta feminina. sicque succedunt per ordinem. una scilicet feminina. alia masculine. usque in finem diei et noctis.

Differentia tercia in his que accidunt planetis sepe in semetipsis et quid accidat eis abinuicem.



Tquia iam annuente deo iam peregrimus esse planetarum in semetipsis: et quid significent: prosequamur narrando quid eis accidat in semetipsis et abinuicem id est a quibusdam erga quosdam.

Significatio planetarum in semetipsis est ut sit planeta ascendens in circulo augis sue minor lumine et magnitudine atque cursu id est cū fuerit inter ipsorum et stadii auge minus 90. gradibus ante vel retro si aut fuerint inter ipsorum et augem 90. gradus equalis erit equalis in lumine et magnitudine atque cursu. si vero fuerit extra hec duo loca. scilicet plus 90. erit descendens de circulo augis et apparebit maior lumine et magnitudine ac cursu vel velocior: et si fuerit portio eius equata minus 180. gradus. erit augens numerum. et si fuerit plus erit

minuens numerū:z si fuerit portio eius equata ex. 180.gra.vel. 360.erit necā
gens nec minuens:z si addatur equatio equata super mediū cursuꝝ dī augens
cursuꝝ vel numerū:z si minuitur eius equatio dicitur minuens numerū. Et qn
aliquis planetarū altiorū. 3. vadit plus medio cursuꝝ suo dicif augere cursuꝝ:z
si minus vadit dicitur minuere cursum:z si vadit tñ dicitur cursuꝝ equalis z qn
aliquis planetarū inferiorū vadit plus medio cursuꝝ solis erit augens cursum.
qn vadit minus dicitur minuens cursum:z qn vadit m̄ erit cursuꝝ equalis. Lu-
minariū aut̄ esse in cursuꝝ est sicut esse triūm altiorū planetarū. Si quoq; plane-
ta septentrionalis cū transierit genzahar suum. i. cū transierit per viam Solis
tens a meridie in septentrionē ille transitus. 1. illa abscisio circulorū dī genza-
har. cū ergo planeta transierit ipsaz abscisioꝝ z fuerit inter planetaz z ipsaz ab-
scisioꝝ minus. 90.gra. erit planeta septentrionalis ascēdens:z cū fuerit a. 90.
vñq ad. 180. erit septentrionalis descē. tens:z cū transierint hunc numerū 1. cū
haduerit plus tens ad. 270. erit meridianus descēdens:z cū transierint hunc nu-
merū tens ad. 360. erit meridianus ascēdens. hoc est eē planetaꝝ in semetiphs.

O Esse aut̄ planetarū ab iniucem tractemus. s. quid accidat s. planetis
erga luminaria:z dicemus ex hoc quod dixit Ptolemeus de almu-
gea hoc est de visione iniucem faciei ad faciem. hoc est cuꝝ fuerit in-
ter planetam z solem: dum fuerit planeta occidentalis idest duꝝ sequitur soleꝝ
tantum quantum est inter domum illius planetæ z domum solis de signis: aut
cum fuerit inter ipsum planetam z lunam cuꝝ fuerit orientalis a luna idest duꝝ
succedit luna tantum quantum est inter domum planetæ z domum lune exhi-
gnis idest cum fuerit planeta tantum distans a sole post quantuꝝ distat domus
eius a domo sole: similiter de luna dicitur: quia cum planeta successerit soli z
fuerit a sole saturnus: scilicet in. 6 signo:z iupiter in. 5. mars in. 4. venus in. 3.
mercurius in. 2. tunc dicitur esse in almugea solis. Similiter cum fuerit inter
vnūquemq; planetam z lunam succedit item hic numerus signorum vniuersi-
tusq; planetæ dicitur esse in almugea lune.

¶ De ductoria. i. securitate planete.

O Hoc ductoria planete. i. vt sit planeta in suo haꝝ. i. in parte sibi pro-
pria z aliquo angulorum ascendentis. z aliquod luminarium: simili-
ter in loco sibi consimili in quadrante videlicet in aliquo angulo ut
q; sit planeta in die orientalis a sole: in nocte occidentalis a luna z omnis pla-
netæ dicitur esse in sua ductoria secundum quosdam cum fuerit inter planetaz
orientalem z solem 60.gra. Et omnis planeta ex quo tegiunt a radiis solis do-
nec apparet de subradis vocatur combustus: z dum incipit intrare radios
dicitur incepisse comburi:z dum absconditur sub radiis z fuerit prope solem
per. 12.gra. dicitur oppressus z cum fuerit cum sole in uno gradu fueruntq; in-
ter eos. 16. minuta: vel infra z latitudo eius similiter vocat vniuersus: z cuꝝ trāſie-
rit eandem vniōne petens exituꝝ donec videat vocat euasus. Et ex quo appa-
ren̄ tres altiores de subradis z in ciuiunt oriri. i. apparere mane ante solem;
hoc est cuꝝ fuerint ppinq;tores circulo hemispherij orientalis donec veniat ad
oppositionem vocant orientales dextræ:z ex quo trāſierit oppositionē donec co-
iungatur iterū soli vocant occidentales sinistri. Venus vñ z Mercuri⁹ ex quo
seperat aliḡ eos a gradib⁹ solis in medio retrogradatiōis iue:z apparent do-
nec cōburant a sole in sua directiōe vocātur orientales. z ex quo seperant a sole

in medio directibus sue donec sterum comburant in retrogradatione sua vocatur occidentales: et cum fuerit in ortu suo. id est fuerit orientales vocant destrit: et dicunt esse mas. et occiduo suo. id est tunc sunt fortiores. **C**resvo alioz postquam exiit de subradiis solis vocant orientales et dicitur augmentari in fortitudine usque ad 30. gra. a sole et vocant post hoc usque ad 30. gra. alios orientales fortis vel fortiores: et cum transierint solē. 60. gra. vocant planete orientales eūtes ad debilitatem donec veniat ad recto et gradationem tunc uolant orientales retrogradi: donec sint et veniat in oppositione: et post hoc erunt occidentales retrogradi cum transierint oppositionem. donec perueniant ad directionem: deinde a directione usque ad 60. gra. post directum donec sit longitudo eorum a sole 30. graduum dicuntur occidentales fortis: deinde a longitidine 6. gra. post directionem dicuntur occidentales eūtes ad debilitatem: deinde sunt occidentales debiles donec intrent sub radiis solis. **C** Inferiores quoque ex quo separant a sole: et ipsi retrogradi vocant orientales debiles: sicut enim non desistunt donec veniat ad directionem suam: et tunc sunt orientales fortis: donec longitudo eorum sit a sole sicut longitudo solis ab eis fuit duabus cępsent debilitati eūtes ad retrogradationem: deinde sunt orientales debiles donec supponant radiis solis post hoc sunt coniuncti: deinde combusti eunt ad apparitionem donec videantur: et ex quo separant a sole in directione usque ad 60. gradus sunt fortiores: et a 60. usque ad horam sue retrogradationis erunt occidentales fortis: et donec fuerint cum sole erunt debiles: et planeta cum extinerit subradiis solis: et nulli planete iam eius fuerit dicitur quod sit in lumine suo: hoc est esse planetarum cum luminaribus.

De his que accidunt planetis ad se in vicem.

Allie autem illorum erga se in vicem hoc est idem quod coniunctio. scilicet cum fuerint duo planete in duabus signis a spicientibus se et fuerit levior in signo suo minus gradibus quam fuerit ponderosior in signo suo: furentur inter eos. 6. gra. vel infra: tunc dicitur quod levior est ad coniunctionem ponderosior: scilicet cum gradus eorum fuerint aequales persicunt coniunctio eorum: et cum transferre eum erit ab eo separatus coniunctio hec dicitur coniunctio longitudinis. **C**Oniunctio vero latitudinis est: ut duo planete iungantur per latitudinem. **E**t si fuerit applicatio coniunctionis opponet: ut si latitudo eorum aequalis in una parte: si fuerit coniunctio ex oppositione operatur ut sim latitudines eorum aequalis: ita ut latitudo unius sit ascendens in septentrione: et alterius descendens in septentrione vel unius ascensio in meridie: et alterius descendens in meridie aut si fuerit applicatio ex aliquo altero aspectu: et hoc est quod sit latitudo unius septentrionalis ascendens: et alterius meridiana descendens: et secundum in meridie: et hec est applicatio latitudinis que dicta est. **C**um separatur unus planeta ab altero et nulli planetarum iungitur quodammodo in eodem signo fuerit dicitur cursu vacuus. **C**um cum fuerit planeta in aliquo signo: et aliis planeta non asperget hoc signum alter planeta quodammodo in eodem fuerit di ferens vel agrestis. **C**um cum separatur planeta leuis a planeta ponderosiori et iunctus fuerit alteri. transfert naturam primi ad secundum. **T**ransfert etiam planeta naturam alter modo: hoc est ut planeta leuis iungat planete ponderosiori: et ipse ponderosior iterum alteri se ponderosior: tunc melius transfer naturam levioris ad ponderosiorē. **C**um autem non iungat unus isto modo alterius iungat yeterum

q; alteri: tunc si aspicerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli redditus lumen eorum ad locum ipsum: z hoc vocatur redditus luminis. Tertius si unus planeta non iungitur alteri: sed alter planeta tertius in virtusq; transfluit lumine: tunc hec coniunctio dicitur etiam redditus luminis. C Sequitur prohibito: z sit duobus modis. Uno scilicet ex coniunctione hoc cum fuerint tres planetae in uno signo: sed in diversis gradibus: z fuerit ponderosior plus gradibus: tunc ille qui est medius prohibet priorem illum. scilicet qui est minus gradibus ne iungatur ponderosior donec pertranseat eum. Secundo modo ut duo planetae sint in uno signo: z levior iungatur ponderosior: alter quoq; iungatur eidem ponderosior per aspectum: ille ergo qui est cum eo in uno signo aspicientem prohibet a ponderosioris coniunctione: si fuerint tamen gradus illius qui iunguntur: z ipsius qui aspicit equales. id est unius numeri. Si vero ille qui aspicit fuerit proprii gradui ponderosior erit coniunctio aspicientis. Et si coniungitur planeta domino illius signi in quo fuerit: vel domino exaltatus seu domino ceterarum dignitatum in quibus fuerit: dicitur puliare id est mittere naturam illius planetae domini scilicet eiusdem dignitatis ad eum. C Et si fuerit planeta in aliqua dignitatum suarum z fuerit iunctus alijs planetae qui habeat etiam partem dignitatis in eodem loco mittit ei etiam viri aq; natum suum. s. z illius cui iungit: z hec missio omnis vocat alcobol id est receptionem.

Nunc sequitur redditus i. quando iungitur planeta alicui planete qui comburitur. i. qui fuerit sub radiis solis vel fuerit retrogradus redditus ei virtutem propter debilitatem suam quam non valet retinere: tunc si fuerint viri q; planetae in angulo vel succedentibus angulorum erit redditus cum proficuo. similiter si fuerit qui coniungitur ei tantum in angulo: z ille cui coniungitur receperit eum. Si autem fuerit planeta qui iungitur cadens ab angulo: z ille cui coniungitur in angulo vel in sequenti angulorum: aut si viri q; fuerint cadentes erit redditus cum detrimeno.

Tinde sequitur almenez. id est restringatio que fit quando planeta vult coiungi alteri: sed ante q; iungatur accedit retrogradatio z sic destruitur eius coniunctio. C Hanc sequitur alchorad. i. contrarietas accidens: hec fit cum aliquis planeta levius fuerit multorum graduum in signo z alter illo ponderosior minus gradibus. tertius quoq; levior primo volens coiungi ponderosior: sed ante q; ei coniungatur fit retrogradus ille levior qui habet plures gradus z iungitur z applicatur illi ponderoso z transiens illum iungitur etiam alteri planete levior: z sic destruitur coniunctio illius prioris cum ponderoso.

Sequitur alfaizim. i. frustratio. h quoq; fit cum aliquis planeta petit coiunctionem alterius planete. sed ante q; perueniat ad eum mutatur iste in aliud signum z erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signum z erunt radii eius in initio signi. C uig exierit sequens planeta de primo signo iungitur isti aspicienti z annullatur coniunctio quam habebat cum illo. s. cum primo.

Hinc sequitur abscisio luminis hoc est quando alius planeta petit coiunctionem alterius z fuerit in secundo signo a signo illius cui iungitur alter planeta: sed ante q; iungat ei prius fit ille qui est in secundo signo

retrogradus, coniungiturq; ei & abscondit lumen suum a planeta qui volebat coniungi eis: similiter si fuerit planeta tens ad coniunctionem alterius planetae: & ipse alter planeta cui vult iungi perat coniunctionem alterius planete se ponderosioris: sed anteq; perueniat leuis ad gradus ponderosioris iungitur ipse ponderosus alteri seipso ponderosior: & abscondit lumen illius a planeta primo leviori.

De locis fortunatis & malis.

Sunt quoq; his planetis loca in quibus confortantur & in quibus debilitantur: & loca in quibus sunt fortune: & loca in quibus sunt mali. Sed loca in quibus sunt fortune sunt 5: ut scilicet sunt in aspectibus bonorum idest in aliquo aspectu nulli: scilicet sexiliis: aut in trino aspectu quia a quibusdam ita nominatur exagona radiatio quoq; ac trigona: & ut sunt mali cardentes ab eis sintq; separati ad infortunia: & iuncti fortune: aut sunt obsessi a fortunis vel radiis eorum idest ut sunt inter duas fortunas vel inter radios fortunam. **C**pec est enim obsessio ut habeat planeta fortunam vel radios eius ante se & aliam fortunam: vel eius radios post se. **E**t quidam vocant hoc altifert idest veneratio: aut sunt vniuersi cujus sole in uno gradu: aut sunt in aspectu etius sexiliis: sive trino vel cōsimili aspectu lune & luna tunc sit fortunata: & vi cursu sunt veloces aucti lumine & numero: aut sunt in dignitatibus suis vel in suo haim: idest in sua similitudine ut sit videlicet planeta masculinus in signo masculino & femininus in signo feminino & diurnus in die super terrā & in nocte sub terra nocturnus in nocte super terram: & in die sub terra & reliqua & ut sunt in signis in quibus habuerint dignitates seu potestates suas: vel gaudijs suis vel in gradibus lucidis recepti: & ex fortitudine eorū est ut sunt ascendentis in septentrione: aut sunt septentrionales: vel sunt ascendentis in circulo augis sue: aut in statione secunda hoc est quando fuerint in statione ubi dirigantur a retrogradatione: aut sunt exeunte de sub radiis solis: aut sunt in angulo: vel in sequenti eius: aut sunt tres altiores orientales a sole: q; si eum aspergerint sexiliis: aut trino aspectu: erit illis hoc augmentum fortitudinis: aut fuerint in quartis masculinis & sol cujus fuerit in illis quartis masculinis: aut in signis masculinis erit fortis etiam nisi sit in libra: quia tibi cadit. **E**t ex fortitudine trium inferiorum est ut sunt occidentales a sole: aut in quartis femininis & ex fortitudine lervi sit in nocte super terram & in die sub terra in loco feminino: vel in signo feminino: & cum fuerit in exaltatione solis.

De infortunio planetarum.

Infortunio vero planetarum & destructione eorum est ut sunt in coniunctione malorum: aut in oppositione eorum: vel in eorum tetragonia: aut trigona: aut exagona radiatione: aut si fuerint iter eos & corpus mali vel radios eius minus termino planete: aut fuerint in terminis malorum: aut dominis eorum: aut sunt mali eleuati super eos a. x. vel. xi. a locis eorum: & multo deterius si non receperint eos. **B**ut fuerint in coniunctione solis: vel oppositione eius: vel in tetragona radiatione: aut fuerint in capitibus suorum

genzahar: aut cum caudis suis: aut cum capite draconis vel cauda fintq; inter eos & inter aliquem istorum scilicet locorum 22. gradus vel infra: & maxime si fuerit luna in aliquo eorum: similiter & sol tunc magis impeditur ab eis. id est a capite vel cauda cum fuerint inter ipsum & unum eorum etiam. 4. gra. ante vel retro: aut fuerit planeta ob sessi inter duos malos: hoc est ut sit planeta in signo aliquo & cu; eo malus: vel radij eius ante se: & malus vel radij eius post se: aut separatur a malo per coniunctionem. vel per aspectum: & iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum: id est in secundo ab eo: & in signo quod est post eum: id est in 12. ab eo fuerit alter malus: vel radij eius. Similiter dicitur de signis q; hinc ob sessa. Quod si al peregit fortuna vel sol eundem planetam ob sessum: vel signum ob sessum a trino: vel a sexili aspectu fueritq; inter eum & coniunctionem minus septem gradibus sol uitur ipsa malitia vel ob sessio. Et ex hoc ut sit planeta retrogradus: vel sub radijs solis combatus: aut cadens ab ascendentie: aut ex debilitate eoz: ut fint tardus cursus: aut in statione prima: hoc est quando stant: ut retrogradi fiant: aut fint in gradibus tenebrosis: aut fint masculini in signis femininis: & gradibus femininis in die sub terra: & in nocte super terram: aut fint feminini in signis masculiniis: & in gradibus masculiniis in nocte sub terra: & in die super terram: aut fint in oppositione dignitatum suarum: seu potestatum: aut descendentes in meridie vel meridiani: aut cadentes ab angulis: vel a succedentibus angulorum: aut in domibus cadentibus: aut fint in via combusta que est medietas ultima libri: & prima medietas scorpionis: aut iungantur planete retrogrado vel impedito seu cadenti: aut non fint recepi. Aut fint tres altiores a solo occidentales: aut in quartis femininis: & debilitas solis est: vi & in signis femininis: aut in quartis femininis: nisi sit in domo nona: & debilitas trium inferiorum est ut fint orientales: aut in quartis masculiniis.

De amicicia & odio planetarum.

Adicitur in planetis q; sint quidam eorum se inuicem diligentes & odientes: nam de diligentibus quidam antiquorum dixerunt q; Iupiter diligit omnes planetas & sit amicus eorum & ipsi illius preter martem. Veneris amici sunt omnes planete & omnes diligunt eum preter saturnum. Saturni autem amici sunt Jupiter Sol & Luna & inimici eius Mars & Venus & ipsa plus habet eum odio. Et amica maris est Venus & ceteri planete odio habent eum & plus Jupiter & Sol. Solis vero amici sunt Jupiter & Venus: & inimici Mars Mercurius & Luna. Mercurii amici sunt Jupiter Venus: & Saturnus tantum: & inimici eius sunt Sol & Luna & Mars. Lune autem amici sunt Jupiter & Venus & Saturnus: inimici Mars & Mercurius. Capitis draconis amici sunt Jupiter & Venus: & inimici Saturnus & Mars. Claude vero amici Saturnus & Mars: inimici Sol & Luna Jupiter & Venus. Et sunt aliae species inimicicie: cum fuerint duo planete habentes domos suas oppositas: vi Mars & Venus: & cu; iunguntur di aperio portarum. Tertia quoq; species inimicicie est ut sint duorum planetarum exaltationes opposite. Fortior autem planetarum amicicia est: ut concordet planeta cum planeta in natura & in qualitate atque substantia & potestate sicut concordat Mars cum sole: quia viresq; concordat in caliditate & siccitate & acutio-

ne et celeritate: et est dominus exaltationis eius in qua appareat eius fortitudo: et vii concordat Luna et Venus in frigore et humiditate: et est domina exaltationis eius. Cum autem concordauerunt duo planete in natura et substantia; vi Jupiter et Venus sunt amici.

Differentia quarta in expositione nominum astrologorum.

Aprosequamur nunc expositionem nominum astrologorum. Initium horum est. Coniunctio et res significantes destructiones seu mutationes que sunt in hoc seculo ex coniunctionibus; quarum numerus est sex: maior autem omnibus coniunctionibus est coniunctio saturni et iouis in initio arietis et habet in 960. annis. Secunda autem eorum coniunctio est in initio vniuersitatis triplicitatis et habet in 240. annis. Jununtur enim in unaquaque triplicitate duodecies: et foras sicut in unaquaque triplicitate. 13. coniunctiones: deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatem que hinc succedit. Tertia autem coniunctio est saturni et marcus in initio cancri que sit in omnibus. 30. annis. Quarta quoque est coniunctio iouis et saturni in unoquoque signo que sit in omnibus. 20. annis. Quinta est descendens luminaris maioris in punctum et equinocitiū vernalis temporis. scilicet ingressus solis in capite arietis que sit in omni anno. Sexta est coniunctio luminarium et oppositio eorum que sit in dimidio cuiusque mensis lunaris. Et quando dicitur ascendens coniunctionis dicitur vel significat ascendens mundi. id est signum quod ascendit hora introitus solis in predictum punctum equinocitiū vernalis in initio scilicet illius anni in quo debet fieri coniunctio predicta.

De animodar. i. gradus ascendentis nativitatum investigatione.

Alex hoc animodar quod est inuestigatio gradus ascendentis alicuius nativitatis: et putant multi astrologorū quod inueniatur per eundem idem gradus ascendentis nativitatis alicuius: sed hoc falsum est: et hoc iam patet in libro meo quem feci de animodar: sed inuenitur per eundem dignior omnibus gradibus circuli post gradum ascendentis in eadem hora secundum cursum naturalem: et concordat multo tenser. id est accidit aliquando quod inueniatur per eum gradus ascendentis. Luius rei cognitio est ut consideretur gradus coniunctionis vel gradus preuentonis que fuerit ante ipsam nativitatem: et si fuerit coniunctio illi nativitati proprio vocatur ipsa nativitas coniunctionalis: et si fuerit preuentio illi proprior dicitur preventionalis. t. in qualicunque eorum fuerit nativitas in coniunctione. s. vel preuentione eodem modo et nomine nativitas predicta nuncupatur: et quia gradus coniunctionis est idem gradus in quo tanguntur luminaria nulla est inquisitio: nec indiget expostionem: in preuentione autem quia uniuersaque luminaria est in gradu suo id est in diversis gradibus. Necesse est nobis scire quae horas graduum velut intelligi gradum preuentoris: et iam dixit Ptolemeus: quia gradus illius luminaris quod fuerit super terram est gradus preuentoris: et quidam sapientum quod si euenerit in preuentione quod unum luminarium sit in gradu orientis et alterum in gradu occidentis: tunc gradus orientis erit gradus preuentoris. Et dixit Vellis

us: quia gradus preventionis est gradus in quo fit impletio volens intelligi
gradū lune: sed qz hoc est opus Ptolemei opz in hoc nos redire ad eius sntas
cū ergo gradus cōiunctionis vel gradus preventionis certissime patuerit cō-
stitues gra. ascendentē per extimatione z hore natuitatis z quattuor angulos
reliquas domos: deinde aspicies gra. coniunctionis: vel gradū preventionis
que fuerit ante natuitatez: z quis planetarū in eo fuerit dignior vel fortior in
eadē hora cōiunctionis vel preventionis per multitudinē dignitatū seu pot-
estatuz. i. cōsiderabis quis planetaz habeat maius dominū in eodē loco. Hunc
ergo planetaz equabis ad horā opinatā natuitatis. deinde aspicies virum si
gradus illius planete in signo in quo est proptoz gradui. z. domus aut gradui
ascendentēs z cui horū ppior fuerit facies hūc angulū ad istar gradus ipsi^o pla-
nete z eius minutis: z diuides. xij. domus per eū dixit Ptolemeus si planete plu-
res conuenerint in dominio eiusdem loci z fuerint equeales in fortitudine cō-
stitutes dñm loci illum qui fuerit dñs haim: qz si in hoc etiaz cōuenerint cōstitu-
es eum qui velocius dz mutari ab esse suo ad id qd fuerit melius. i. eum qui vo-
luerit exire de aliquo signo in quo fuerit: z intrare aliud in quo habuerit plu-
res dignitates: vel si fuerint orientales a sole eliges euz qui soli fuerit propin-
quior z non fuerit sub radijs. Si vero in angulo fuerit ille est eligendus qui
gradui eiusdem anguli fuerit propinquior: z hoc intellige.

ATex hoc hylech. i. locus vite in natuitatibus cuius scientia est: vi pri-
mo aspicias horā natuitatis: que si fuerit in die accipies a sole: qui si
fuerit ante gradū signi ascendentis per. s. gradus aut infra: aut fuerit in
10. vel. II. siue masculinum fuerit ipsum signū seu femininū aptus erit: vt sit hy-
lech. Si autē fuerit in his tribus locis. i. in septima vel octaua vel nona in signo
mas. snt aptus erit: vt sit hylech. Si vero fuerit in his tribus locis i signo semi-
nino nō erit aptus: vt sit hylech. In clasicis Lunā que si fuerit in ascenden-
te vel in secūda vel tertia: aut in septima vel octaua erit apta hylech siue mas-
culinum siue femininū fuerit signū. Et si fuerit ante gradū signi ascendentis per.
s. gradus vel infra: aut fuerint in. 10. vel. II. aut in quarta vel quinta vel in sepi-
ma in signo feminino apteur hylech. Si autē fuerit in aliquo istorū in signo
masculino nō erit apta hylech si fuerit in die natuitas. Si vero natuitas fue-
rit nocturna incipiamus a luna que si fuerit in aliquo predictoruz locoz: snt
qz prediximus erit apta hylech. Si autē luna non fuerit in eis aspiciens post
hoc ad solē. qui si fuerit ante gra. 7. per. s. gra. vel infra: aut si fuerit in. 4. vel in.
5. erit aptus vt sit hylech siue signū fuerit masculinū siue femininū. si vero fue-
rit ante ascendentēs. s. gradibz vel infra: aut in ascendentē: vel in secundo si-
gno mas. aptabitur etia hylech. Si autē fuerit in aliquo istorū locoz in signo
femi. nō erit aptus hylech. Quod si luminariū aliquod nō fuerit apū hylech.
Aspice post hoc natuitatem: virum si coniunctionalis aut preventionalis. s.
virum si post cōiunctionē vel preventionem. Quod si fuerit natuitas coniun-
ctionalis z fuerit gradus coniunctionis in aliquo anguloruz. vel in succeden-
ti angulo: erit in loco apto hylech. Si vero predictus gradus fuerit cadens
ab his octo locis idest ab angulis z a succendentibus angulis non erit hylech.
Aspicies tunc gradum partis fortunez qui si fuerit in aliquo angulorum vel in
succendentibus angulis: erit in loco apto hylech. Si vero cadens fuerit ab
his. 8. locis. Aspicies post hoc gradū ascendentis z constitues euz hylech. Si

vero nativitas preventionalis fuerit: incipies a gradu preventonis. Aspici
eisq; eum sicut prius fecisti in gradu coniunctionis: et post ipsum gradum par-
ns fortune post ipsum gra. ascendentis eo ordine quo prediximus in gra. con-
iunctionis. De sexu autem signorum non curabis. i. non aspicias virum si
gna illa mas. vel femi nisi tantummodo in luminaribus hoc est in gradu coniun-
ctionis vel preventonis et ascendentis et partis fortune non consideres viru-
s in mas. signis vel femi. tam in angulis qz in succedentibus angulorum: sed
hec quatuor in erunt tunc apta hylech cū fuerint in his locis. i. in angulis
vel succedentibus eoz si vero fuerint in locis recessentibus. i. cadentibus ab
angulis non erunt apta hylech. Apparet itaq; q; sol si hylech apius in die et
noccie super terrā et sub terra in. 11. locis: super terrā in 6. locis et sub terra in. 5.
Luna quoq; apia erit hylech in die et noccie super terrā et sub terra similiter in.
11. locis super terrā in. 5. et sub terra in. 6. et cū hoc si fuerit luna in his locis sub
radijs solis non erit apia hylech. Aspiciens autē hylech in angulis et succeden-
tibus eoz secundū q; equatur. 12. domus circuli per gradus horarū ascendentis
secundum q; exponit eius opus in canone planetari: id est in libro curiū pla-
netarū. Quāq; equaueris domos hoc modo omnis planeta qui fuerit ante gra-
dum signi ascendentis vel cuiuslibet domū per. 5. gradus vel infra et fortitudo
eius valida in domo que ei succedit: et omnis locus ex locis que prediximus
est apius hylech: si aspicerit eum aliquis dominorum illius qui fit dominus
domus: aut dominus exaltationis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut
dominus faciei: et si non: non erit apius hylech.

¶ De alcochoden.

AEx hoc alcochoden qui est significator vite: id est dominus annorū:
vel dans annos quem cuz volueris scire et iam prenoti hylech eo or-
dine quem predixit: aspicias dominum domus hylech: aut dominum
exaltationis eius: aut dominum termini eius: aut dominum triplicitatis: aut
faciei eius quis horum fortior fuerit et autentior in loco hylech: et si aspicerit
hylech erit dignior alcochoden. q; si non aspicerit hylech qui fuerit pluris
auctoritatis aspicias eum qui fuerit auctoritatis minoris donec inuenias ali-
quem ex illis qui aspiciat: q; si non aspicerit hylech non poterit ille locus es-
se hylech: et tunc queres ab alio hylech et iterum queres ab eodem secundo hy-
lech alcochoden eo ordine quo prediximus: q; si euales fuerint duo planetae
vel tres in auctoritate gradus hylech: et aspicerit viresq; erit dignior alcocho-
den qui fuerit fortior loco. Si vero fuerint euales in fortitudine loci. scilicet
vbi fuerint ipsi plāete erit ille alcochoden qui proprior fuerit gradui hylech.
CQuibuidam autem videbatur melius inspicere a domino domus qui si aspe-
cerit hylech ponebant eum alcochoden et non considerabant alterū: et si non
inuenissent dominum domus aspicientem hylech accipiebant dominum exal-
tationis quem si inspicere viderent hylech ponebant alcochoden eum et non
considerabant alium: similiter faciebant de domino triplicitatis termini atq;
faciei per ordinem: et erat Horothius preponens dominum termini in hoc
domino domus: Et quidam dixerunt q; si euales fuerint duo planetae vel
tres vel plures in dignitate: et in propinquitate aspectus gradui hylech ille erit
alcochoden qui erit in loco laudabili a sole: id est qui fuerit cum sole in uno
gra. per. 16. minuta: aut infra: vel propinquior gradui anguli: aut in initio ore-

tus sit: id est cum mane apparuerit: aut fuerit in statione sua secunda: vel in aliquo esse scilicet laudabili a sole sicut prediximus ipse erit alcochoden. Si vero gradus Solis fuerit hylech: et fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech: et alcochoden simul et non considerabitur alius alcochoden preter eum: similiter si fuerit gradus Iunne hylech: et fuerit in Tauro vel in cancro habet eam pro hylech et alcochoden: simul et non considerabis alcochoden alium preter eam.

Amutam est qui preest nativitati: ab eo significatur esse nati post hylech et alcochoden: et ipse planetis ceteris est pluris auctoritatis: in ascendentem et in locis luminarium atque in loco partis fortune in loco quoque coniunctionis vel preuentonis que est ante nativitatem. Quod si puerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quatuor aut pluribus per multitudine potestatis sue erit ipse almutaz: id est auctor et significator vite post hylech: et alcochoden et per eum significatur esse nati: et quidem habentem pro alcochoden ad dandum vitam.

De profectione signorum.

titas triū signorum. *E*t vocat hic aspectus: aspectus inimicicie medie: q̄r q̄libet
duo signa hoc modo distantia repugnat aliquādo in una qualitate: aliquid in am-
babus: discordant ēt in sexu: q̄r sīnuꝝ eoz est masculinū: alterꝝ erit femininuꝝ.
*E*t hec est cā quare in morbis acutis: vt plurimum sit crisis cuꝝ luna venerit ad
quartum aspectū loci in quo fuit in p̄ncipio morbi. maxime si fuerit repugnan-
ta in ambabus qualitatibus: r cōmuniter tūc sit crisis salubris: verbi grā si lu-
na fuerit in p̄ncipio egritudinis in aliquo signorū triplicatus igneē maxime
in ariete cū venerit ad quartum signū qđ repugnat in ambab^o qualitatib^o r in
sexu cōtēr si crisis ad salutem sicut si fuerit in ariete quartus aspectus erit in
cancro: si in leone quartus aspectus erit in scorpiōe: si fuerit in sagittario quar-
tus aspectus erit in piscib^o. *I*n alijs aut signis nō ē repugnātia nisi i yna q̄lita-

*Signoꝝ
vallo*

*Aspectus
signorum
et sexu
et qualitatibus*

te et in sexu. ubi gratia: thaurus: et leo thaurus est signum frigidum et secundum femininum.
leo calidum et secundum masculinum. Et hanc repugnaciam inuenies in alijs suo modo. Et
per hoc crises in istis signis aliquantum sunt ad salutem: et aliquantum ad mortem sicut fortuna
vel infortunia aspectus ad lunam. Deinde dicit quod quilibet signum aspicit quantum an se: et quantum post se: et hic aspectus de trinus eo quod tenet tertiam partem circulorum.
12. gra. Et vocatur hic aspectus amicicie pfecte: quod quilibet tria signa hoc modo dic
stantia faciunt unam tripliciter et conuenienter in naturis sicut fuit dictum in canticis.
diate precedentem posita dicitur: aspicit et quilibet signum septimum a se. et signum opposi
tum: et iste est aspectus pfecte inimicicie ratione oppositionis. Est ois planeta qui
fuerit in aliquo gradu alicuius signi aspicit planetam ex parte in alio signo in co
simili gradu eodem aspectu quo aspicit se illa duo signa. Et auctor loquitur de
gradibus zodiaci: sed sicut doctrinam. Ptolemei accipiunt aspectus in egnocia
li: id potest sic glosari. Et hoc intelligendum de gradibus egnociaalis. ubi gra
tia: si fuerit alius planeta in arietem: et alter in geminis et subtracte fuerint ascen
siones circuiti directi illius qui est in ariete ab ascensionibus circuiti directi il
lius qui fuerit in geminis si remanserint. 60. gradus aspiciunt se aspectu sexti
li. Hoc modo intellige de alijs aspectibus.

cum vero fuerit planeta. In hac parte auctor tagit pro
se breuiter dicens. Si fuerit aliquis planeta in aliquo signo proiecitur radios su
os in consimili gradu signi: quod aspicit ipsum aliquo aspectu. verbi gratia: si
aliquis planeta in primo gradu arietis et in secundo minuto proiecitur radios su
os sextiles ad primum gradum geminorum in secundo minuto eiusdem. Auctor nu
mis breuiloquus fuit in hoc capitulo. ideo oportet aliquantulum imorari cir
ca explanationem aspectuum et protectionem radiorum. Intelligendus est primo
quod aspectus considerantur tribus modis. Uno modo secundum gradus eclipticae et se
cundum hunc modum auctor in littera locutus est de aspectibus et protectione
bus radioz. Et in octauo gradus equale gradus zodiaci non considerando ascen
siones. Secundo modo considerantur aspectus secundum gradus equinoctialis in
circulo directo: et hoc modo Ptolemeus iubet accipere aspectus in. 60. ppo
sitione ceteroquinque: ubi loquitur de causis dierum creticoz: et hoc modo accipit col
ter aspectus in interrogationibz et revolutionibz annoz mundi: et in multis alijs.
Tertio modo considerantur aspectus et protectiones radioz sicut modus directionum
et hoc modo accipiunt in nativitatibz. Intelligendus est iuxta capitulum de
aspectibus quod aspectus accipiuntur tribus modis: et tot modis etiam accipiuntur
protectiones radioz. Uno modo accipiuntur aspectus et protectiones radioz secundum
gradus circuli signorum ita quod computantur gradus zodiaci qui sunt inter unum
planeta et alium: et iste est modus quem ponit auctor in libro. Et hunc modum tenet
Abrahah auenebre. Et dicit quod quasi infinites est expertus quod aspectus debent
accipi in zodiaco et non in equinoctiali: et hic modus est facilis valde. Et exempli
ficatum fuit sufficienter de hoc in sibiando libro. Secundo modo accipiuntur aspectus in
equinoctiali sicut ascensiones circuli directi sicut quodammodo iubet Ptolemeus ac
cipere sicut dictum fuit super libro. Cum igit sicut hunc modum volueris equare aspe
ctus querere ascensiones planete in circulo directo que incipiunt a capricorno:
et serua eas. Deinde eodem modo quere ascensiones gradus alterius planete in eo
dem circulo directo: et serua eas. Deinde subtrahe ascensiones illius qui pro

pinquior fuerit capricorno fm ordinez signoz ab ascensionibus illius qui lō-
 gius fuerit: z si remanserint. 60. gradus aspiciunt se aspectu sexuli. Si reman-
 serint. 90. gradus aspiciunt se aspectu quarto. Et si. 120. gradus remanserint aspi-
 ciunt se aspectu trino. Pro aspectu autē opposito nō oportet querere ascensio-
 nes: qr qn̄ duo planete opponuntur in zodiaco: opponuntur z in equinoctiali.
 Hic modus facilis est: ideo nō oportet hic multū stare. Tertius aut̄ modus aspe-
 ctuum z protectionis radioz est multū difficilis maxime nō exercitans in cal-
 culacionib. Intelligentiū est pmo circa hūc modū q̄ plectio radioz accipit
 fm ascensiones circuli directi qn̄ planeta cuius radios volumus pycere est in
 medio celi vel in angulo terre. Et qn̄ est in gradu orientis: vel in gradu occide-
 nis accipit fm ascensiones regionis sive horizontis obliqui fm tabulas facias
 ad illam regionē. Si autē nō fuerit planeta in aliquo quattuor hoz locorum.
 sed in locis intermedijs tunc accipiuntur mixtum. Cum igit̄ volueris projice-
 re radios alicui⁹ planete considera si planeta ille cuius radios vis pycere sit
 in medio celi. vel in angulo terre: z tūc quere ascensiones illius gradus in cir-
 culo directo sup q̄s addas. 60. gradus si volueris radiationē sexulē sinistram. s.
 illā que pcedit fm ordinē signoz a loco planete. Et gradus post additionē p-
 uentientes reduc ad gradus eōles in circulo directo fm doctrinā canonū pri-
 mi mobilis: z gradus zodiaci q̄ puenierit in illo sūi radij sextiles: sic dixi. 60.
 gradib⁹ pro radiatione sexuli: ita intelligas de. 90. p radiationē q̄rta: z de. 120.
 p radiatione trina. Si aut̄ volueris radiationē dextrā. s. illā que pcedit a loco
 planete versus occidente subtrahā ab ascensionib⁹ gradus planete. 60. gra. pro
 radiatione sextili vel. 90. pro radiatione quartā: vel. 120. p radiationē trina. Et
 numerū remanet reduc ad gradus eōles sicut prius z gradus zodiaci q̄ exi-
 verit in illo sunt radij. Exemplū in radiatione sinistra pono q̄ saturnus sit in
 angulo medijs celi in fine sexti gradus virginis ascensiones illius gradus in cir-
 culo recto sūt. 247. gradus. 48. minuta. volo habere radiationē sexulē addam
 ergo. 60. gradus: z puentient. 307. gradus. 48. minuta quos reducam ad gra-
 dus euales in circulo directo: z exēunt. 10. gradus. 14. minuta. 14. secunda
 scorponis. ibi sunt radij sextiles saturni sinistri in hoc casu. Exemplū in radia-
 tionē sextili dextra: subtrahā ab ascensionibus p̄diciis. 60. gradus: z remanet.
 187. gradus: z. 48. minuta. reducam ad gradus eōles in circulo directo. z exē-
 unt. 7. gradus. 9. minuta z. 15. secunda cācri. ibi ergo in p̄posito sunt radij sexti-
 les dextrī Saturni. Si vero planeta cuius radios vis pycere sit in gradu oriē-
 nis quere ascensiones gradus planete p̄ tabulā ascensionū circuli obliqui deser-
 uientem tue regioni. Et si volueris radiationē sinistrā addē sup ascensiones
 gradus planete. 60. gradus pro radiationē sexuli: vel. 90. p quartā radiationē:
 vel. 120. pro trina radiationē. Exemplū in radiationē sexuli sinistra: pono q̄ Ju-
 piter sit in gradu orientis in fine. 10. gradus sagittarij ascensionis illius gradus
 in orizonte obliquo sunt. 275. gradus: z. 27. minuta: z volo habere radiationē
 sextilem sinistrā addā sup ipsos. 60. gradus z puentient. 335. gradus z minuta.
 27. quos reducam ad gradus euales in circulo obliquo z exēt. 12. gradus.
 44. minuta. 21. secunda aquarij ibi ergo sūi radij sextiles Iouis. Exemplū in
 radiationē sexuli dextra. subtrahā ab ascensionibus gradus Iouis. 60. gradus
 z manent. 215. gradus. 27. minuta. reducam ad gradus euales z exēt. 25. gra-
 dus. 54. minuta. 50. secunda libre. ibi sunt radij sextiles Iouis. Si vero plas-

Exponit

neta fuerit in gradu occidentis operaberis cu^m gradu opposito. s. accipies ascensiones nadir gradus planete in horizonte obliquo: z facies penit^e eodē mō quo dicitur est. Sed postq; reduceris ad gradus eq̄les loc^c radioꝝ est loc^c oppositū ilius loci quē inuenis. Et vt clari^t pateat ponā in hoc exemplū. Dono q̄ Jupiter sit in gradu occidentis in fine. 10. gra. sagittarij: querā ascensiones. 10. gra. ge minorꝝ z inuenio. 41. gradus. 9. minuta. addā. 60. gradus p radiatiōe sextili: z pueniunt. 101. gra. 9. minuta. reducā ad gradus eq̄les in horizonte obliquo: z exiūt. 2. gradus. 30. minuta. 45. secūda leonis. sunt ergo radij in opposito isti^o. s. 2. gradu. 30. minuta. 45. secūda aquarij. Si autē planeta cuius radios vis projicere nō fuerit in aliquo locoꝝ dictioꝝ tūc opꝝ accipere radiationē mixto mō pportionē distātia gradus planete inter vnu angulū z aliū. Modus autē est iste si planeta cuius radios vis pīcere fuerit inter medium celi z gradum ascendentēz accipe primo ascensiones gradus medij celi q̄s subtrahē ab ascensionibus gradus planete in circulo directo: z qd remanet est distātia a medio celi quam serua. Deinde super ascensiones gradus planete in circulo directo. 60. gradus. adde pro radiatione sextili vel. 90. pro radiatione. 4. vel. 120. p trina: z quod puenierit reduc ad gradus equales in circulo directo: z qd prouenerit serua. uoceſ radiatio circuli directi. Deinde quere ascensiones gradus planete in horizonte obliquo p tabulā regidiſ tue sup q̄s addē filtr. 60. gradus pro radiatione sextili vel. 90. pro. 4. vel. 120. pro trina: z qd puenierit reduc ad gradus equales per tabulas tue regionis: z qd exiuerit serua: z voceſ radiatio regionis. Deinde vide differentiaz inter radiationē circuiti directi z radiationem regionis: quā differentiā multiplicā per distātia gradus planete a medio celi z productū diuide per medietatē arcus diurni gradus planete. z pueniet pars pportionalis quā adde super radiationē circuiti directi. si radiatio circuli directi fuerit minor radiatione regionis z subtrahē ab ipsa si fuerit maior. z qd puenierit erit locus radioꝝ. Medietatē autē arcus diurni gradus planete iuenies subtrahēdo ascensiones gradus planete in circulo obliquo ab ascensionibꝝ et nadir z mediādo illud. Posset etiā alio mō iuentri pars pportionalis vīe duarū rationū. s. q̄ accipereſ sexta pars dīe z multiplicareſ per horas distantie planete a medio celi. Sed hic modus est magis tediosus q̄z primus: q̄ oportet secundū hunc modum diuidere et distantiam gradus planete a meridie per partes horaz gradus planete ad hoc q̄ iuentianſ hore distātia a meridie. Consulū primū modū. Exēplum in hoc pono q̄ gradus medij celi sit. 20. gradus leonis completus a saturnus sit in sexto gradu virginis completo. Queram distantiam saturni a medio celi per ascensiones circuli directi. Et inuenio in distātia. 15. gradus. 22. minuta. seruabo itaq; eam. Deinde subtrahā ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi. Et remanēt. 201. gradus. 20. minuta qui est totus arcus diurni saturni quē diividā per mediū. z veniūt. 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus diurni saturni: seruabo itaq; eū. Deinde querā ascensiones gradus saturni in circulo directo z inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addā. 60. gradus: q̄ volo radiationē sexilē sinistram. z puenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducā ad gradus eq̄les i circulo directo: z inuenio. 10. gradus. 14. minuta. 14. ha. scorpīois. z hec est radiatio circuli directi. Deinde querā ascensiones gradus saturni in circulo obliquo in regione cui^r latitudo est. 48. gradus. Et inuenio.

147. gradus. 11. minuta quib' adda. 60. gradus: et pueni. 207. gradus. 11. mi-
 nuta quos reducam ad gradus equeles in circulo obliquo et inuenio. 19. gra-
 dus. 5. minuta. 14. secunda libre. **C**ideo q; radiatio circuiti directi est maior
 quam radiatio regionis subirahā minorē de maiori et iuuenio in dīa. 20. grad⁹.
 22. minuta quam reducam ad idē genus: et pueni. 122. reducaz ēt distantiam
 saturni a medio celi ad idem genus. distantia fuit. 15. gradus. 22. minuta reducē
 ad idem genus. 1. 920. minuta. multiplicabo dīam per distantiam et prouentunt.
 112668. 4. secunda. **D**einde reducam medietatē arcus diurni saturni ad idē ge-
 nus. **M**edietas arcus diurni fuit. 100. gradus. 40. minuta. reducta ad idem ge-
 nus. 60. 40. prouenient minuta per que dividā numerū qui puenit ex multi-
 plicatione. **E**t exiunt tres gradus. 6. minuta. 32. ha quos subirahā a radiatione
 circuiti directi: q; illa fuit maior et remanet septē grad⁹. 7. minuta. 42. scđa scor-
 pionis. ibi sunt radij saturni sextiles sinistri in casu pposito. **G**i aut volue-
 ris radiationem dextrā vbi precepi addere. 60. gradus subirahē. 60. et opera-
 beris sicut prius. **S**i vero gradus planete cuius radios vis p̄ficerē fuerit iter
 gradus ascēdente et angulum terre vide longitudinē eius a gradu ascēdente
 quam scies hoc modo. **S**ubirahē ascēsiones gradus ascēdentes in circulo obli-
 quo ab ascēsōib' gradus planete in eodē circulo obliquo. **E**t hoc si volueris
 radiationē sinistrā. qd remanerit erit distantia planete a gradu ascēdente fer-
 ua ēē. **D**einde qre medietatem arcus nocturni gradus planete que scies hoc
 mō: subirahē ascēsiones nadir gradus planete ab ascēsōib' gradus plane-
 te: et remanebit totus arc⁹ nocturnus que media et sua medietatē. **H**is itaq; ser-
 uatis qre ascēsiones gradus planete in circulo obliquo p̄tabulam factā ad la-
 titudinē tue regiōis qb' adde. 60. p radiatione sexili et qd puenit reduc ad
 gradus equeles in circulo obliquo et vocetur radiatio circuiti obliqui. **D**einde
 quere ascēsiones gradus planete in circulo directo: quibus adde. 60. gra-
 dus pro radiatione sexili et cetera: et q; puenerit reduc ad gradus equeles in cir-
 culo directo: et qd prouenerit serua et vocef radiatio circuiti directi. **D**einde vi-
 de differentiā iter radiationē regiōis et circuiti directi: subtrahendo minorē
 et maiori: quam differentiā multiplica p distantiam planete a gradu ascēdente.
Et p̄ductum diuide per medietatē arcus nocturni gradus planete et exhibit p̄
 p̄portionalis quam adde cū radiationē regiōis si fuerit minor radiatioē circuiti
 directi: vel subirahē a radiatioē regiōis si illa fuerit maior radiatioē circuiti di-
 recti. **E**t qd post additionē vel subtractiōem puenerit loc⁹ erit radioz. **E**xem-
 plū i hoc pono q gradus ascēdēs fit. 18. scorponis. et Jupiter fit in. 10. sagitta
 rū qram ascēsiones grad⁹ ascēdentes in orizōte. 48. graduū. et iuuenio. 245. gra-
 dus. 55. minuta. **D**einde queram ascēsiones gradus Iouis in eode horizonte
 obliquo. et inuenio. 275. gradus et 27. minuta: subirahā ascēsiones gradus ascē-
 dentis ab asēsōibus gradus Iouis: et remanent. 29. gradus. 32. minuta que
 est distantia Iouis ab ascēdente. **D**einde subiraxi ascēsiones gradus oppo-
 siti Iouis ab ascēsōibus gradus Iouis: et residuum mediaui: et inueni. 117. gra-
 du. 9. minuta q est medietas arcus nocturni gradus Iouis. **D**einde addidi ascē-
 sōibus Iouis. 60. gradus et puenerunt. 335. gradus. 27. minuta quos reduxi
 ad gradus equeles in circulo obliquo: et inueni. 12. gradus. 45. minuta aqua-
 rū. **E**t hec est radiatioē regiōis: seruaui itaq; eam. **D**einde quesui ascēsiones
 gradus Iouis in circulo directo: et inueni. 338. gradus. 21. minuta quibus addi-

e

34

di. 60. gradus: et puenierunt. 398. gradus. 21. minuta. subtraxi vnam reuolutio-
nem. si. 360. gradus et remanserunt. 38. gradus. 21. minuta quos reduxi ad gradus
equales in circulo dii ecto et inueni 50. gradus. 57. minuta aquarum: et hec est radia-
tio circuli directi. Deinde subtraxi minorem radiationem de maiori et inueni
in differentia. 6. gradus. 48. minuta quae differentiam multiplicauit per distan-
tiam iouis ab ascendentie: et diuisi per medietatem arcus nocturni et inueni in
parte proportionali. 1. gradum. 42. minuta. 47. secunda. quae subtraxi a radia-
tione regionis: quae illa fuit maior. Et remanserunt post subtractionem. 11. gradus.
2. minuta. 13. secunda aquarum: et ibi est locus radiorum iouis. **C**Si autem velles
pucere radios versus extremum tunc deberes videret distantiam gradus plane-
te ab angulo terre per ascensiones circuiti directi quae inuenies subtrahendo ascen-
siones gradus planete in circulo directo ab ascensionibus anguli terre in circu-
lo directo. Et tunc per proportionalem duarum radiationum deberes addere radia-
tionem circuiti directi si illa esset minor radiatione regiois: vel subtrahere si esset
mator. In nullo alio differt opere nisi quod ubi pucere addere ascensionibus. 60. gradus.
et de subrahe. 60. et cetera. **C**Si autem gradus planete cuius radios vis proiec-
terit inter gradum occidentis et gradum. 10. domum operabis cum gradu opposito
planete recte per eandem viam: sicut iam dixi inter ascendens et angulum terre. quae
do enim gradus planete est inter gradum occidentis et medium celi eius oppo-
sitius gradus est inter ascendens et angulum terre. Et tantum distat gradus op-
positus planete ab ascendentie quantum gradus planete a gradu occidentis. id
eadem est operatio: nec plus nec minus. Sed postquam cuperueris operationem
locus radios est locus oppositus illius loci quem inuenisti sicut ubi exponeremus: quoniam
planeta est in gradu occidentis. Si autem contingat sicut sepe contingit quod gradus
planete sit ante angulum: et locum ubi cadunt radij sui sit ultra angulum: sicut ubi gra-
du planete sit iter medium celi et ascendens et radij cadant ultra ascendens: si
inter ascendens et angulum terre. Iste casus quod frequenter contingit in radia-
tione trina: et multotiens in quarta: et aliquando in sexili. Modus est ita si lo-
cus planete cuius radios vis proiectere sit inter medium celi et ascendens et ra-
dij sui debeant cadere ultra ascendens: vide distantiam planete a medio celi per
modum prius dictum: et vide medietatem arcus diurni gradus planete per modum
prius dictum: et serua utrumque. distantiam et medietatem arcus diurni. Deinde
quod ascensiones gradus planete in circulo directo. Quere et ascensiones gra-
dus ascendentis in eodem circulo directo. Deinde subrahe ascensiones gra-
dus planete ab ascensionibus gradus ascendentis. Et quod remanserit serua: et
vocetur pars radiationis circuiti directi. Deinde quod ascensiones gradus pla-
nete in circulo obliquo: et quere ascensiones gradus ascendentis in circulo ob-
liquo: et subrahe ascensiones planete ab ascensionibus gradus ascendentis: et
quod remanserit serua et vocetur pars radiationis regiois. Deinde subrahe
partem radiationis minorem a maiori et remanserit differentia quam multipli-
catur distantiam planete a medio celi et productum dividit per medietatem arcus diurni gra-
dus planete et pueniet per proportionalem quam addere per radii eius circuiti directi si
fuerit minor pars radiationis regiois: vel subrahe si fuerit maior: et quod puen-
erit erit pars radiationis equa: quam pars si fuerit minor. 60. gradibus radij exiles
cadunt ultra angulum ascendentis si fuerit maior cadunt ante angulum. Et si hec
potuerit minor. 90. gradibus radij quarti cadunt ultra angulum: si maior: cadunt

Ante angulum. Et si hec ps fuerit minor 120. gradi. sicut est quasi frequenter cadunt radij trini ultra angulum. si fuerit maior 120. cadunt ante angulum. Si igit radiatione sexili vel a. 90. pro radiatione quarta: vel a. 120. pro radiatione tripla: et quod remanserit addes super ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo quo signi qui exierit erit locus radioꝝ. Si scieris istam operationem scies dirigere planeta existentem in vna quadra ad locum existentem in alia quadra. Huc modū nō vidi expostum nec posui aliquo libro. Ut planius pateat qd vixi ponam in hoc exemplū. Pon oꝝ gradus mediū celi sit. 10. gra. cancri et saturni sit in quarto gradu virginis: et gradus ascēdens in orione obliquu in ascensione gradū mediū celi in circulo directo et inueni. 190. gra. 53. minuta. 15. secunda. Deinde que huius ascensiones gradus saturni in circulo recto et inueni. 245. gradus. 55. minuta. Subtrahi ascensiones mediū celi ab ascensionibus gra. saturni et remanserunt. 55. gradus. 2. minuta: que est distantia saturni a medio celi. Deinde subtrahi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi in eodem circulo obliquo et remanserunt. 203. gra. 3. minuta: et hic fuit arcus diurnus gradus saturni quem mediaui et inueni. 101. gradus. 31. minuta. 30. ha que est medietas arcus diurni gradus saturni. Subtrahi ascensiones gradus saturni in circulo directo que fuerunt: 245. gra. 55. minuta ab ascensionibus gradus ascendentis in eodem circulo directo que fuerunt. 277. gra. 19. minuta et remanserunt. 31. gra. 24. minuta qd fuit pars radiationis circuli directi. Deinde subtrahi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo qd fuerūt. 144. gra. 277. minuta: ab ascētiibꝝ. gra. ascētentis in eodem circulo obliquo que fuerunt. 190. gra. 53. minuta: et remanserunt. 46. gra. 26. minuta que fuerūt pars radiationis regionis sue circuli obliqui: vidi qd pars radiationis circuli obliqui fuit maior parte radiationis circuli directi. Subtrahi ergo minorū de maiorī et remanserunt 15. gradus. 2. minuta que fuit differentia duarū partium quā multiplicauit p dstantiam saturni a medio celi et dividit p medietatem arcus diurni gra. saturni. et exiuerūt. 8. gra. 8. minuta. 59. ha et hec fuit pars proportionalis differentie quā addidi supra partem radiationis circuli directi et prouenerunt. 39. gra. 32. minuta. 59. secunda. Hsi sunt gradus ascensionum qui fuerunt in figura a saturno usq ad gradum ascendentem et quia fuerunt pauciores qd. 60. sciui qd radij sextiles saturni in hac figura considerant. ultra gradum ascendentem. Subtrahi ergo hos gra. a. 60. pro radiatione sexili. et remanserunt. 20. gradus. 27. minuta. 1. secunda: quos addidi super ascensiones gra. ascendentis in circulo obliquo qui fuerunt. 190. gra. 53. minuta: et prouenerunt. 211. gradus. 20. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo et inueni. 22. gra. 54. minuta. 52. secunda libet: ibi fuerunt radij sextiles saturni in propositio exemplo secundum hunc modum debet fieri in alijs angulis. Et hec de radiationibus sufficiant.

Habent etiā quinqꝫ planetē in uno quoqꝫ signo terminos. Priꝫ auctor determinavit de tribꝫ dignitatibꝫ

essentialibus planetarū. In ista parte auctor determinat de quarta dignitate essentiali quam habent planetæ in signis. Et dividitur in duas partes: quoniam in prima parte ponit terminos planetarum. In secunda parte solvit quadam contraversiam que est inter aliquos de triplicitatib⁹ et terminis. Secunda pars incipit ibi. Quidam preponuntur. Prima pars diuidi potest in duas partes: ita qđ pmo incipit tractare de terminis planetarū et aliter. Scđo posuit tabulam de ipsis terminis. Secunda incipit ibi: et pp diuersitatē eorū de. Diē pmo qđ quinqꝫ planete. I. **Saturnus** **Jupiter** **Mars** **Ven⁹** et **Mercur⁹** hñ terminos dispositos p diversos gra. Et p̄mus termin⁹ ē **Louis** a principio arietis vsq; ad finem sexii gra. eiusdē. Et a principio septimi gra. eiusdē arietis vsq; ad finē. 12. est terminus **Celeris**. Et a principio. 13. gra. vsq; ad finē. 20. est terminus **Mercury**. Et a principio. 21. vsq; ad finē. 25. est terminus **Martis**. Et a principio. 26. vsq; ad finē. 31. est terminus **Saturni**. Postea dīc. et qđ isti grad⁹ sunt diuersi: ita qđ non vadū equaliter nec s̄m ordinē planetarū graue esset eos tene- re in memoria: ideo posuit eos eo in tabula secundum qđ videtur in luera.

Quidā pponunt triplicates terminis.

Dic solvit qđā contraversiā que est iter sapientes de triplicitatib⁹ et terminis. Et dicit qđā p̄ferūt triplicates terminis. Et qđā p̄ferūt terminos triplicatus. Solvit ita contraversiā et dicit qđ dñi triplicatum sunt fortiores c̄sum ad nutritionē puerorū: qđ in nativitatib⁹ significat nutritionē et ab eis accipit significatio virū pueri vitalis aut nō. Dñi aut̄ terminorū sunt fortiores in distinctione: qđ dū dirigit gradus ascēdens alicui⁹ nativitatis diriguntur ad terminos fortunariū et in fortunaz. et dñs termini illi⁹ vocat diuisor vel dispositor qđ diu durat directio in illo termino: et si fuerit ibi alijs planetæ vel radj⁹ eius erit princeps. De hoc diffisi⁹ dicet in sequentib⁹ dñō pcedente. Motadū est hic de terminis qđ discordia fuit iter sapientes antiquos de terminis. Et fuerū tres opinioneſ famose de terminis. quartū vna fuit indoꝫ. alia egyptioꝫ. tercia caldeorū. Ptoleme⁹ in. 218. ppositione p̄me pris qđripartiti magis approbat terminos egyptiorū et dicit se inuenisse vnu libruz de terminis antiqui qui p̄ vetustate erat pro maiori pte faci⁹. Et ille cōcordabat cū terminis egyptiorū. et in illo libro summa gradu terminorū cuiuslibet planetæ erat tant⁹ quam⁹ numerus annoꝫ suoꝫ maiorū quos dant in nativitatib⁹. Verbi grā anni maiores saturni sunt. 57. ann. Louis. 79. Mars. 66. Celeris. 82. Mercurij. 76. et omnes isti collecti faciunt. 360. Si volueris hoc experiri cōputa gradus oium terminorū alicui⁹ planetæ: verbi grā Louis invenies numerū annoꝫ suoꝫ scilicet. 79. et sic de alijs. Haly in cōmento. 206. ppositionis p̄me pris qđripartiti dicit. Illi ve egyptio fuerunt sapientes magici qui fuerunt ab antiquo pte. nam isti fuerunt studi⁹ et exercit⁹ magini in scieñis et sapientiis oibus de gbus hōse inware pōl. Et scim⁹ hoc per chronicas sapientum antiquorū s̄m qđ loquebantur de ipsis et per ea que de suis operibus remāserūt a multis milib⁹ annorum usq; ad hodiernā diē. Tu ego dico illud qđ ego vidi de vna experientia qđ inueni in loco qui dicitur est oculus solis: qđ in modico pte miracula magna vidi. hec sunt verba Haly. de experientia aut̄ facit. In centiloquio in cōmento illi⁹ ppositionis vultus huius seculi. dicit vnam experientiam de sigillo scorpionis factio in lapide secundum qđ pōl ibi viderit: et qui voluerit videre ibidē videat.

Facies autē signorū. **N**ic determinat de quata dignitate et ultima essentiali qz hñt pma pte ponit diuisionē et ordinatiōne faciez. **I**n ha parte docet iuenire facies p numeros. **I**n tertia parte ponit de eis tabula. **S**cda pars incipit. **C**ū ha/bueris gradus in aliquo signo. **T**ertia est in fine vbi ponit tabulā. **D**icit qz qdlibet signū dividitur in tres partes equales qz vocantur tres facies et qlibet facies est ex. 10. gradibus. **E**t incipiunt iste facies a principio arietis et procedunt hz ordinē signoz et planetaz itaqz prima facies est martis. s. primi. 10. gradus. ha/facies arietis. s. 10. gradus sequentes sunt solis qz succedit marti in ordine sphæ/rarū. tertia est veneris que succedit soli. **E**t prima facies tauri est mercurij que succedit veneri. **S**econda lune que succedit mercurio. **T**ertia saturni. **E**t pma geminorū Iouis. et sic bñ hunc ordinem usqz ad finē signorum. **P**ostea docet inuenire p numeros cuius planete sit aliqua facies. **E**t dicit cū habueris gra/dum alicuius signi et volueris scire cuius planete facies sit in illo gradu cōpu/ta numerū signorū a principio arietis usqz ad principiū signi propositi; et mul/tiplica illum numerū per tres: et cuz numero producto adde facies cōpletas si/gni propositi: verbi grā: si transuerint. 10. gradus cōpleti adde vnitatē. **S**i. 10. complerti adde duo. **E**nde a toto numero subtrahē. 7. quotiēs poteris. et qd remanserit computa a marte secundum ordinem planetarū. et vbi numerus si/nitus fuerit sequens planeta est dñs faciei questie: verbi gratia pono quod ha/beam. 15. gradus leonis volo scire cuius facies sit. 15. gradus leonis scio qz a principio arietis sunt. 4. signa completa. multiplicabo ergo. 4. per. 3. et erunt. 12. **E**is scio qz de leone transiuit una facies completa: ideo addam vñ et erunt. 13. facies complete a principio arietis. subrahā inde septem et remanent. 6. da/bō. primam vnitatem marti. secundam soli. tertiam veneri. quartam mercurio. quintam lune. sextam saturno. **E**rit ergo facies sequens que non fuit comple/ta Iouis. **P**ostea ponit tabulam cuius opus facile est. **Q**ueres enim nomen illius signi cuius dominū faciei queris et inuenies in directo quis sit domin⁹ prime faciei et quis secunde et quis tertie.

A **T**quia auriliante deo. **P**ostqz auctor de ter/minauit de dignitatibus planetarū in signis. **I**n ista parte determinat de fortitudinibus quas hñt in istis dignitatibus. **E**t pōt diuidi in duas partes: qm̄ in prima parte ostēdit quo fortitudines hēat planeta in qualibet dignitate. **I**n ha parte cōparat istas dignitates ad res sensibiles. scda est ibi: unde gdā de hac re. **P**rima pars pōt diuidi in duas: qm̄ primo continuat se ad dicenda. ho prosequitur ibi: nāz dñs domus. **D**icit qz adiuuante deo cōpleuit de dignitatib⁹ planetarū i signis. modo vult ostendere quo fortitudines hēat quelibet in ipsis dignitatibus. **P**o/stea dicit qz dñs domus hz quinqz fortitudines. dñs exaltationis hz quatuor. dñs triplicitatis hēat tres. dñs termini duas dñs faciei vnā. **P**ostea replicat il/laz cōtroversiā de terminis. **E**t ponit cōparationē in dignitatibus planetarū dicens qz quidā de dignitatibus planetarū fecerunt talē cōparationē qz plane/ta existens in sua domo est fili⁹ viro existēti in domo auz⁹ dñatōe sua. **E**t plane/ta in exaltatiōe sua est fili⁹ viro in regno atqz gloria sua et patet in littera. **C**ur ista littera pōt notari si aliquis planeta patiat magnū iforunū i domo vel ex

altatione sua hoc est multū detestabile. sicut multū ēēt detestabile si rex vincere tur in p̄prio regno suo & in foriori loco regni sui. Iō qñ luminaria eclipsant in proprijs domibus vel exaltationibus suis hoc est malum signum.

Sequuntur has figure signorum. Pri⁹ au tor de
terminauit de dignitatibus planetarum in signis & deformitudinibus quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de figuris sue formis ipsoꝝ signorū hoc est ostēdit nobis que signa hñt formas humanas: & que hñt formas aliorū animaliū & manet indiuita. Dicū quod quedam signa dicūtur rationalia. s. illa quorum imagines sunt figurate ad imagines hominum. Et illa sunt gemini virgo aquarius libra & medietas prima sagittarij. & ista dicuntur habentia pulchras voces. Et virtus eorum est maior cū fuerint in oriente. Et quedam ex signis dicuntur habentia halas scilicet gemini virgo & pisces. Quedam ex eis dicuntur quadrupedia. s. sagittarius leo aries taurus & capricornus. Et eorum quedā sunt domestica. s. illa que sunt figurata secunduz signas animalium domesticorum. Et hec sunt aries taurus & capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem virginis capricorni & aquarij magis apparet cum fuerint in septentrione. Et quedam ex signis videntur vitiola & turpia & tortuosa scilicet aries taurus cancer scorpius & pisces. & virtus eorum magis apparet in occidente. Quedam vero sunt sterilia. s. gemini leo virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios. s. aries taurus libra sagittarius capricornus & aquarius. Et quedam ex his signis sunt multum luxuriosa. s. aries & taurus leo & capricornus. Et quedam dicuntur multum filiorum scilicet cancer scorpius & pisces. Et quedam ex signis dicuntur habentia dimidiā vocem: illa scilicet que habent vocem animalium balantium rugientium & mugientium: vi aries taurus leo capricornus & ultima pars sagittarij. Quedam ex signis dicuntur carentia omnino voce scilicet illa que figurantur secundum imagines animalium carentium voce: vi cancer scorpio & pisces. Haly abenragel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorum alia sunt in forma hominum. Alia in forma bestiarū. Alia in forma bestiolorum. Alia in forma repulū. Que sunt in forma humana sunt gemini libra aquarius virgo. In forma bestiarū aries taurus capricornus & sagittarij. In forma bestiolorum. i. animalium rapaciorū leo. In forma repulū cancer scorpio & pisces.

Et unum quodque signorum habet propriam significationem. Pri⁹ au tor de terminauit de figuris signorum. In ista parte ostendit nobis quid habent signa ex membris hominum: & ex regionibus & ex planetis. Et potest diuidi in duas partes: qm̄ in prima parte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidem planetæ significauerint dolorem. Prima potest diuidi in 12 partes secundum q. 12 sunt signa. Clariuz est quod dicit ī littera excesso q̄ nomia regionū nō sunt nobis nota. Motus dum est hic quod Ptolemeus diuidit totā terrā habitabilem in quatuor partes. Et secundum diuisionē Ptolemei imaginari potest yna linea transiens

36.

ab oriente in occidente per mediū habitationis ita qd ista linea diuidat partes meridionalē a septentrionalē. Et dicit Haly et ista linea distat ab equinoctiali per 36. gradus, et secundū hanc divisionem distat ab ultima habitatione in septentrione per 30. gradus vel circa: ita quod tota latitudo contineat 66. gradus. Et tanta est distantia equinoctialis vñq; ad circulum arcticū: immo est 66. gradus 26. minuta: et 30. scda. Ideo dicit Haly vel circa. Et dicu quod insine istius linee versus occidentem est passagii herculis. Et hoc est unde transitur existentē in alio. Et sunt ibi tres insule qm vñā videt trāseuntes in hispaniā p q; ultra locum illū nō sit habitatio. Et in qualibet duarum aliarū insularū stat idolum sīm eundē modū. Et in parte orientali in fine linee p̄dicte stant idola eo' modo tenentia claves et demonstrantia quod non sit ultra illum locū ha- bitatio versus orientē. Dicit Haly q; Hercules posuit ista idola in signum q; ipie acquisuerat totū mundum. Longitudo linee p̄dicte scdm q; dicit Haly est 180. gradū. His visis sīm sententia Ptolemei imaginet ista linea diuidi p medium ita qd remaneant 90. gradus versus orientē: et alijs 90. versus occiden- tem. Et imaginetur transire vna linea per polos mundi per mediū divisionis linee supradicte ita videlicet q; transeat per medium terre habitabilis scbz la- titudinem. Prima autē linea dicebatur transire per medium terre habitabilis sīm longitudinē. Datet itaq; q; due linee supradicte que diuidunt totam terrā habitabilē in quatuor partes coniungnīt in loco intersectionis linearū qui est puncus in medio terre habitabilis. Hac diuisione intellecta facile est videre tria signa aries leo et sagittarius que faciunt primā triplicitatē p̄tinēt ad qrtaz partē terre habitabilis que est iter septentrionē et occidens. et illa qrtā gubernat Jupiter eo q; est septentrionalis: et mars hz participationē cū eo: qz p̄tinet ad partē occidentalē. Et tria signa triplicitatis scde. s. taurus virgo capricornus pertinent ad partē que est inter meridiē et oriens et gubernat ipsam venus: qz est meridionalis. et hz participationē cū ea saturnus qm ad partē orientalē per- tinet. Et tria signa triplicitatis tertie. s. gemini libra et aquarius p̄tinēt ad partē que est inter oriens et septentrionē: et gubernat ipsam saturnus eo q; pertinet ad oriens et hz participationē cū eo. Jupiter eo q; pertinet ad septentrionem. Et tria signa triplicitatis quarte. s. cancer scorpio et pisces pertinent ad partē que est inter meridiē et occidens. et gubernat ipsaz mars: qz pertinet ad occidens. et hz participationē cū eo venus. Ex predictis poterit quilibet cōiecturare ad quod signum pertineat quilibet terra. Scier enim per longitudinem et latitu- dinē regionis de qua quarta fit. Terbi gratia: oīs terra cui⁹ latitudo est maior. 36. gradibus, et longitudo eius ab occidente min⁹. 90. gradib⁹ fuerit est de quar- ta septentrionali occidentali et sic de alijs suo modo. cognita igitur quarta in qua est terra tua scis quod vnum signum ex tribus signis triplicitatis illius quarte respicit illā terrā. et poteris scire quod ex illis tribus respiciat ea z p mo- res et cōsuetudines hoīi habitantū in ea. Terbi grā: scis q; terra christiano- ruz est in parte septentrionali occidentaliscio qd aries leo et sagittarius dnatur sup ipsam. Et si velim scire supra q; p̄ eius dnaf qdlibet istorū signorū respi- cio ad mores et cōditiones hōiū cū qbus signis magnis concordant. Cōstat

e 4

57

autem quod romanis sunt famosiores et nobiliores istius quarte et ideo conuenit ut at tribuatur eis signum nobilius inter hec tria. et hoc est leo domus solis. Constat et quod almani suui homines iracundi et furiosi de nam maris: ideo conuenit ut at tribuatur eis artes domus maris. Constat etiam quod hispani sunt boni milites exercitij magni in armis: ideo conuenit ut attribuatur eis sagittarius quod est signum militiarum et bellorum. Et hanc pitionem ponit Ptolemeus in littera in sedis parte quadripartita. Dicit enim sic et provincie cum ariete concordantes sunt terra britanniae et terra de salacia. Credo quod deberet dici de scalavia et germania. Et quod cordata cum leone sunt: italia: gallia: apulia: et cecilia. Et Maly dicit ibi: quod hi sunt termini rome. Et quod concordant cum sagittario sunt terre de turcia calcitata et hispania. De pitione aliisque signorum cum alijs terris pax curio. Quia nec noia eam nec adiutoria hoivis sunt mihi nota nec faceret mihi aliqua utilitate hoc scire. Si ergo at cognoscet eas et voluerit in eis morari applicet his modum dcm in tribus signis predicis. Dicit Abraham auenevre quod primum clima est capricorni et aquarii: et gubernator eius est saturnus. Secundum clima est sagittarii et pisces et gubernator eius est Jupiter. Tertium clima est scorpij et arietis et gubernator eius est Mars. Quartum est leonis et gubernator eius est sol. Quintum clima est tauri et librae et eius gubernator est venus. Sextum est geminorum et virginis et eius gubernator mercurius. Septimum est cancri et gubernator illud luna. Abraham auenevre ponit conditiones nascentium sub quilibet signo et est simia sua ista. Qui natus fuerit sub prima facie arietis erit rufus et sim: veter eius erit purus et strictus carne extenuatus: habebitque supra pedem sinistrum signum in cubito manu sinistre: et amici eius erunt plures et ipse odiat malum. Qui vero natuerit sub ha facie ierit ei nigredem pulchritudinem faciei concinctam: corpus eius tenuum piceps in ira ait occultans voluntatem mala: estque alti cordis: inimici eius plures erunt. Qui natuerit sub tertia facie eius erit rufus color eius et croce erit solitarius. Qui natuerit sub prima facie tauri erit brevis stature: sui oculi magni: labia spissa: et habebit signum in collo: et est corde fisticus: amici eius plures: et maneribus delitias delectabis ipse. Nat autem sub facie eius ha: habebit faciem rotundam: ventre latum: oculos pulchros: et eius aia voluntaria resquita pendet: et circa spatulas pilosus existet: et habebit signum in labris. Et qui natuerit sub tertia facie pulchri coloris existet pulchritudo facies: et habebit signum in oculo sinistro: virque laboriosus erit: nec in mulieribus fortunatus existet. Qui autem natus fuerit sub fine huius signi erit carens testiculis naliuter et fine vel hermafroditus. Qui natuerit sub prima facie gemino et erit pulchri corporis et decentius: et oculorum et pilorum: habebit signum in capite vel in oculis. Tertius eius acutus minime est iracundus eritque laborator et cum mulieribus minime fortunatus existet. Et qui natuerit sub sedis facie erit brevis stature et niger et super eius cubiti signum nigre ditum: eiusque viva pulchra et dulcia. Natus sub tertia facie nimis habebit oculos paruos: eritque vir suspicator et leuis: et loquetur vivere irrationalibilia: eritque medax. Qui natus fuerit sub prima facie cancri erit corpore et pilis decens: supercilium eius erunt stricta naresque longe et spatule late: et habebit signum in cubito dextro: aut eius brachio: et aia eius bona amici eius plures: eritque sciens et ingeniosus. Qui natus fuerit sub sedis facie: erit color eius rubeus brevisque stature: carens barba: et habebit signum in oculis. Qui sub tertia facie natus fuerit erit crassus brevisque stature: et habebit multiitudinem pilorum in supercilija. Qui natus fuerit sub prima facie leonis erit pulcher corpore: et facie: et color yulius eius erit

37

rubeus albo cūmixtus: oculi eius commixti pectus recium: et crura sua patiētur morbum in parte superiori: et erit cognitus in ier gentes: et simplex imixtus: et conforuo regum. Qui natus fuerit sub secunda facie erit pulchre: pectus eius erit latum: testiculi et crura gratilia: eritq; honoratus inter familiam eius ac alti cordis. Natus autem sub tertia facie erit aliquantulum brevis stature eritq; color eius albus roseo permixtus: eius vox vehemens amans mulieres: et habebit plenitudinem amicorum et morbos plures sustinebit. Qui nat⁹ sue rit sub prima facie virginis erit decentis statuere: erit corpus ei⁹ erectum et pulchrum: et erit sciens et act⁹: eius capilli scripti: et erit diligens iusticia: eius vox vehemens: sterilis existentia anima ei⁹ bona: facies pulchra: eritq; scriba et bene docens. Qui aut natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparēte: oculi ei⁹ parvuli. nasus eius pulcher: eritq; disciplinabilis et simplex preuoluntarius corde neveri sensus ac simplex et sapiens. Qui natus fuerit sub pma facie Libre: erit pulchre facies: et in ei⁹ capite vlnera ierit: eritq; laborator et simplex ac disciplinabilis. Nat⁹ sub secunda facie erit pulchri vultus et inerit ei ipedium in oculis: estq; corde preuolutarius. Natus sub tertia facie erit pulcher et erit cognitus et honoratus iter gentes ipsius. Et qui fuerit natus sub fine signi huius erit nullius sexus aut viriusq; Qui fuerit nat⁹ sub pma facie scorpionis parvus pulcher existet: et habebit signum in capite: et pectus eius erit latu. Et habebit signum in pede sinistro vel in manu dextera estq; ho castigationis bonaq; discretione plen⁹ ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput. ei⁹ erit magnum: existetq; modice pulchre figure: et habebit singnum ingenu et dorso: et erit ho discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit brevis stature oculis eius coloru appetens comedere amas mulieres. Qui aut natus fuerit sub fine huius signi aut erit nullius aut viriusq; sexus. Qui natus fuerit sub pma facie sagittarij erit pulcher species: decorus aspectu recte stature: diligens bonū: regibus ac magnatib⁹ se cōmiscēs. Nat⁹ sub secunda facie corp⁹ habebit cōdeceā facies in eius crocea supercilia cōpressa et habebit signum in pectoro. Nat⁹ sub tertia facie erit longus: pulcher facies: oculi eius vi murilegi: pectus latu: et habebit signum in sinistro crure. Qui sub pma facie capricorni nat⁹ fuerit erit corpus suum condecorēs: pectus latu: et habebit signum nigrum in cubito erit astus disciplinabilis simplex et puoluntari⁹. Natus sub secunda erit pulcher: haebit nares longas: oculi ei⁹ pulchri: volutas ei⁹ mala et iracudus: est ho scientia. Natus sub tertia facie erit pulchre corpore: ei⁹ in facies citrina: et in eius brachio sinistro erit nota vel in ipsius genu: festinus in traz: despiciens malū vel pugnās pro malo: diligens mulieres: ho discipline diligētq; sodales. Qui aut natus fuerit in fine huius signi erit filius adulterin⁹ et oino huic īest signo minime in mulierum natuitatib⁹ valere. Qui aut natus fuerit sub pma facie aquarij erit corpore et facie formosus: et habebit in pectoro aut pede sinistro signum: eritq; ho disciplinabilis et sodales diligens. Natus sub secunda facie erit longus: facies eius erit rubea: et signum habebit in dorso et sub eins cubito eritq; oibus diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpore pulcher: stature brevis: facie roseus: et habebit signum sub cubitis: et erit mulierū amator. Et qui sub fine huius signi natus fuerit diversificatus erit in eius figura atq; in omnibus suis operibus. Qui autē sub pma facie pisces originē traxerit: cor

pus eius erit album: et facies similiter: pectus eius latum: barba pulchra: frōs
preclarus: oculi eius magis nigri q̄z albi. Et forte aliquod membrum sibi defi-
ciet: diligit dormire: eritq; gulosus et ebriosus: et habebit signum sub cubito vel
in pede. Natus vero sub secunda facie erit brevis stature. decorus aspectus: bar-
ba nigra: pilosus: et erit ambulans in duritia cum filiis hominum. Natus: sub
tertia facie piscium erit aspectu preclarus: oculi eius pulchri: eritq; morbosus;

*Debili-
tas plu-
natoz*
Si quidez planete. Prīus auctor ostendit qualiter
signa respiciunt membra huma-
ni corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planete respiciunt
membra corporis humani in ipsis signis. Et potest hic pars diuidi in 12. par-
tes secundum 12. signa. vbi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest
in duas: quoniam primo proponit. Secundo prosequitur ibi: in arietem. Dicit
primo q̄ si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem sive debilita-
tem in corpore humano habebit in quolibet signo membrum proprium in
quo erit illa infirmitas. Et quia ita est cōuenit tractare de dolorib⁹ planetarū
in signis. Et incipit ab ariete pcedendo secundū successionē signorū et planetarū.
Quod dicit auctor planū est in litera. Ad evidentiā vnius pris pono vnu
exemplum: Dono q̄ in aliqua natuitate saturnus significauerit nato debili-
tatem alicuius membra et sit saturn⁹ in ariete. Dico q̄ illa debilitas vel infirmi-
tas erit in pectori. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas i vēre et sic intel-
ligas de ceteris signis. Dono et q̄ mars in natuitate intelligas de revolutione
ne annoz. natuitatis significauerit vulnerationē et sit mars in ariete eru vuln⁹
in capite. Si in taurō erit vulnus in collo: et sic de ceteris signis et planetis in-
telligas. Ptolemeus vult q̄ mēbra in q̄bus cadunt morbi zē. impedimenta ac-
cipiuntur a figura celi in hora natuitatis vel revolutionis. Dicit enim in 74.
propositione centiloquij cū fuerit mars in ascendentē alicuius natuitatis erit
cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim Daly q̄ caput est ascendentis et
secundū hoc collū est secunde domus. brachia tertie domus et sic hū ordinem
domorum secundum q̄ dictum fuit de signis. De hac materia dissensus loqui
tur domino concedente in. capitulo sexte domus.

Sunt quoq; in uno quoq; signo. In ista
auctor determinat de quibusdam specialibus proprietatibus planetarū
que sunt in diuersis gradibus circuli signorum et sunt sex. sunt enim ibi quidā
gradus masculini et quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi et que-
dam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi
quidam gradus quidicuntur azemana. Et sunt ibi quidam gradus qui di-
cuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur con-
fortes. Et secundū hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in p̄ma
parte enumerat gradus masculinos et femininos. In secunda parte enumerat
gradus lucidos et tenebrosos et fumosos. In tercia parte enumerat gradus
qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemana.
In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam et
gradus sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur cōsortes.
Prima pars in cipiti principio. Secunda incipit ibi: et in uno quoq; ho-

pinquiorum quantum poteris veritati et equa lunam ad illas horas: et vide in quo loco ceciderit in figura: si ceciderit in principio septime domus subira- he ab hora natuitatis. 258. dies. **E**t remanebit hora conceptionis. **S**i vero ceci- derit inter septimam domum et ascendens. s. super terram vide per quod gradus sit elon- gata a gradu occidentis et pro quibuslibet. 12. gradibus accipe unum dies et pro quolibet gradu que fuerit vltra. 12. accipe duas horas quos dies et horas adde su- per mora minorum. i. super. 258. dies. **E**t totum subirahe ab hora natuitatis et rema- nebit tempus conceptionis. **S**i vero ceciderit in ascendentem subirahe ab hora na- tuuitatis. 273. dies et remanebit tempus conceptionis. **S**i vero ceciderit inter ascen- dens et septimam. s. sub terra considera quantum sit elongata a gradu ascendentem et pro quibuslibet. 12. gradibus accipe unum dies et pro quolibet gradu residuo du- as horas et numerum iterum et horarum prouidentem adde super moram me- diam et totum subirahe ab hora natuitatis. **S**i vero luna ceciderit in fine sextie domus subirahe ab hora natuitatis moram maiorem et remanet hora conce- ptionis. **H**ora igitur conceptionis nota equa lunam ad illam horas et gradus in quo invenia fuerit fuit ascendens in hora natuitatis. **L**icet hec via sit vera sed intentionem sere oium sapientum. **V**ideatur tamen mihi et certus usq; non sufficit ad inuestigandum gradum in casu ubi non habeo gradum ascendente ne- si per estimationem. **A**pponit enim quod sciam elongationem lune a gradu occi- dentis vel ab ascendentem et si ignorez gradum ascendentem et per consequens gra- dum occidentis quomodo potero scire distantiam lune ab aliquo illorum ne- scio. **P**osito enim quod estimatio mea deficiat per. 12. gradus distantia lune ab oc- cidente vel ab ascendentem etiam deficiet per. 12. gradus et pro illis deberet acci- pi una dies et sic deficiet hora conceptionis in una die et defectus ylumus scili- et in gradu ascendentis erit quantum luna mouetur una die. *Significator m*

O **T**er hoc hylech. **I**n hoc capitulo auctor docet eligere/ hylech. i. significatores vite in natu- ritaib;. **S**ua lte est ista. **I**n eligendo significatores vite debemus inci- pere a sole si natuitas fuerit in die et si inuenierimus ipsius ante gradum ascenden- tem per. 5. gradus vel infra id est si inuenierimus ipsius solez. in. 5. gradibus qui ascenderunt super orizontem: scilicet in fine. 12. domus aut si inuenierimus ip- sum in. 10. domo vel. 11. domo accipiemus sole pro hylech siue fuerit in signis masculinis siue in signis femininis. **S**i vero non fuerit in his signis debemus inspicere si fuerit in. 7. vel. 8. vel. 9. domo in signis masculinis adhuc accipie- mus ipsum pro hylech. **S**i vero his tribus locis iam dictis: scilicet in. 7. do- mo vel. 8. vel. 9. esset in signis femininis non esset aptus ad hoc quod esset hylech. **S**i igitur sol non fuerit aptus hylech aspiciemus ad lunam si eam inuenierimus in ascendentie vel in. 2. vel in. 3. domo aut in. 7. vel. 8. domo ipsa erit hylech. siue fuerit in signo masculino siue femino. **S**i vero non fuerit in his locis aspice- mus si inuenierimus eam ante gradum signi ascendentis per. 5. gradus vel in- fra: aut in. 10. domo aut. 4. aut in. 5. in signo femino adhuc ipsa erit hylech. **S**i autem in his locis esset in signis masculinis non esset apta hylech. **S**i ve- ro natuitas fuerit in nocte debemus incipere primo a luna. **S**i inuenierimus eam ante gradum occidentem per. 5. gradus vel infra id est in illis. 5. gradibus qui sunt sub terra ex parte occidentis aut in aliquo aliorum locorum predicio

rum p̄dictoꝝ h̄m modū dictum ipsa erit hylech. Et si ipsa non fuerit apta aspi-
 ciens ad solem qui si fuerit ante gradum septimum domus per .5. gradus vel in
 fra: scilicet sub terra aut fuerit i. 4. vel .5. domo erit aptus hylech. que signa sint
 masculina sive feminina. Et si fuerit in ascendentē vel in .2. domo in signo ma-
 sculino erit aptus hylech in feminino vero nō. Si vero luminaria non fuerit
 apta vt sint hylech aspicimus virum coniunctio precessit nativitatez vel oppo-
 sitio: q̄ si precessit coniunctio aspicimus gradum cōiunctionis: scilicet illum
 gradum in quo luminaria fuerūt cōiuncta ante nativitatē: z si inuenierimus ip-
 sum gradū in aliquo quatuor angulorū vel in aliquo succedentū accipiemus
 ipsum pro hylech. Et si nō inuenierimus ipsum in aliquo angulorū neq; succe-
 dentiū. Debemus aspicere ad gradū partis fortune qui si fuerit in aliquo an-
 gulorū vel succedentiū debemus ipsuz accipere pro hylech. Si vero nō fuerit
 in aliquo horū locoru debemus vltimo accipere gradū ascēdentez nativitatū.
 Si autem oppositio precessit nativitatē debemus aspicere ad gradū oppōnis-
 sicut dictum est de gradu cōiunctionis z postea ad partem fortūe z vltimo ad
 gradum ascēdentez nativitatū: nec oportet in gradu cōiunctionis vel preuen-
 tionis vel partis fortune aspicere virum signa sint masculina vel feminina. Et
 sic patet q̄ sol potest esse hylech in die z nocte super terraz z sub terra in .11. lo-
 cis. Potest enim esse super terram hylech in sex locis z sub terra in .5. Et luna
 silt potest esse hylech in .11. locis. Potest enīz sub terra esse hylech in sex locis
 z super terram in .5. Si autē luna in aliquo predictorio locorum fuerit combu-
 stia sub radiis solis nō erit apta hylech. Et cum fuerint domus equate secūdum
 doctrinam traditam in canonibus astralobi z tabularum primi mobilis om-
 nisi planeta qui fuerit ante ascēdens vel ante principium alicuius alterius do-
 mus per quinq; gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo que succe-
 dit. Et omnis locus ex locis predictis nō potest esse hylech nisi aspiciat eum
 aliquis planeta habēs dignitatez in loco illo: scilicet q̄ sit dñus domus vel do-
 minus exaltationis aut triplicitatis aut termini aut faciei. Tota sentētia littore
 potest reduci ad pauca verba. Quinq; sunt loca a qbus recipitur hylech idest
 significator vite que sunt hec: sol: luna: gradus coniunctionis vel preuentionis:
 pars fortune gradus ascēdens nativitatū. Si nativitas fuerit in die incipiēn-
 dum est a sole. Et si nō fuerit in locis aptis secunduz q̄ predictum est recipien-
 da est luna. Et si non fuerit apta recipiendus est gradus cōiunctionis vel pre-
 uentionis qui si non fuerit aptus recipienda est pars fortune. Et si non fuerit
 apta recipiendus est gradus ascēdēntis nativitatū. Dicit Ptolemeus q̄ hyl-
 ech nunq; debeat accipi ab aliquo loco existente sub terra. Dicit enim z con-
 uenit vt nō operemur in retam nobili sicut ista per id totum quod est sub terra
 sed semper per id quod ascēdit z appareat super terram. Nec conuenit nos
 operari p̄ signuz quod ascēdens nō aspicit nec per signū quod ascēdit ante
 ascēdens qđ dicitur domus laboris idest domus .12. quia est cadens ab angu-
 lo z plus etiā: qm̄ fumositates que eleuantur ab humozibus terre turbant vir-
 tutem eius que venit ab ea ad terram cuz spissitudine ac lugubritate sua: z dam-
 nant eā propriez qđ apparent colores z magnitudines stellarum existentū in
 hac domo alterius maneriet qđ sint per naturaz eorū. Itali Abenragel dicit sa-
 pientes in hoc sunt plurimū discordati: tamen id in quo maior pars eorū cō/
 b 3

cordat est q̄ incipiunt p̄mitus in nativitatibus diurnis a sole et incipiunt si est
in aliquo anguloruꝫ vel succedenti et in signo masculino et in q̄rta masculina et
aspererit aliquā dignitatū suarū erit ipse hylech: et si ita non fuerit nec asper-
erit aliquā dignitatū suarū non erit ipse aptus pro hylech: et p̄quires tūc hyl-
ech: a luna et si eam inuenieris in angulo vel in succedenti et in signo femini-
no et in quarta feminina et aspererit aliquā dignitatū suarū accipe eā pro
hylech alioquin non erit apta: tunc aspice nativitatem si fuerit coniunctiona-
lis accipe hylech a gradu ascendentē: et si dominus aliquis habens ibi aliquā
dignitatē aspererit gradum illum accipies eum pro hylech. Et si ascendens
non fuerit aptum pergras hylech a parte fortune. Et si pars fortune non fue-
rti apta perquisiras hylech a loco cōiunctionis vel oppositionis precedētis na-
tivitatem. Et si non fuerint apti nativitas non habebit hylech. Et si oporebit te
necessario reuerti ad dirigendum per athazir loca hylech ad loca fortunrum
et ad radios earum et ibi inuenies locum finis. Et si nativitas fuerit nocturna
perquisiras p̄mitū hylech a luna sicut incepisti p̄quirere de die a sole. Et si ea in
veneris in angulo vel in succedenti in signo feminino et in q̄rta feminina et as-
pererit aliquā dignitatū suarū ipsa erit hylech. Alioquin perquisiras hyl-
ech a sole et si eum inuenieris in angulo vel in succedenti in signo masculino
et in quarta feminina et aspererit eum habens dignitatē ibidez accipias eū
pro hylech alioquin non erit aptus. Tunc si nativitas fuerit p̄uentiōalis per-
quisiras hylech a parte fortune sicut p̄quisuisti a luna et sole. Et si pars fuorū
non fuerit apta perquisiras hylech a gradu ascendentē. Et si aliquis eoz non fue-
rit aptus p̄ hylech perquisiras hylech a gradu cōiunctionis vel p̄uentiōis pre-
cedentis nativitatem. Et si fuerit in angulo vel in succedēti: et fuerit aspect⁹ ab
aliquo habente id aliquaz ex qnqz dignitatibus accipe eum p̄ hylech. Et quā
do sol fuerit hylech et non habuerit alcochoden pergras hylech a gradu lune.
et si ille i. gradus lune fuerit hylech et non habuerit alcochoden perquisiras hyl-
ech a gradu ascendentē si nativitas fuerit cōiunctionalis: et si gradus ille fue-
rit hylech et non habuerit alcochoden perquisiras hylech a parte fortune. Namē
si nativitas fuerit p̄uentiōalis incipe p̄mitus a parte fortune: et si fuerit hy-
lech et non habuerit alcochoden aliquis hoz p̄quisiras hylech a gradu coniun-
ctionis vel oppositionis antecedētis nativitatē: et si nullus eoz habuerit alco-
choden quoniam natus non habuit hylech nec alcochoden est significatio yu-
te hac turabilitatis modice. Et scias q̄ in hylech qui p̄quisit ab ascēdēti et
a parte fortune et a gradu coniunctiōis vel p̄uentiōis nō aspicitur masculini-
tas nec femininitas signoz neqz quartaz. Dicit maior pars sapientum q̄ lu-
na in tercia domo apia est vi sit hylech: quia gaudet in ea et dicunt similiter q̄
soli in nona domo conuenit esse hylech quia gaudet ibidem.

Hec dator annorum vite. Sententia littere est talis cum volueris scire
quis planetarum est dator annorum vite debemus aspicere quis planetarum
habeat plures dignitates sive fortitudines in loco hylech. Verbi gratia: si sol
fuerit hylech debemus respicere planetam fortiorēm in loco solis. Et si luna
fuerit hylech debemus respicere fortiorēm in loco lune et sic de alijs locis in-

telligentum est. **E**t si talis planeta aspererit locum hylech a quo cunq; aspec-
tu debemus ipsum accipere pro alcochoden. **V**ero non aspererit debemus
respicere alium post illum. s. planetam qui habet in loco hylech alias for-
titudines; sed non tot sicut primus dominus gradus. **T**erbi gratias vnuſ ha-
beat in loco hylech sex fortitudines et alius habeat ibi. s. vel. 4. fortitudines si
primus non aspererit locum hylech non poterit esse alcochoden. tunc si secū-
dus aspererit locum hylech debemus ipsum accipere pro alcochoden: et si ille
etiam non aspererit debemus aspicere iterrum ad alium habentem paucio-
res dignitates et sic debemus pcedere: donec inueniamus aliquem aspiciens
locum hylech qui habeat aliquā dignitatē in loco hylech. et si nullā planetam
inuenierimus aspiciens locum hylech qui habeat ibi dignitatē vel dignitatis
ille locus nō potuit esse hylech: ideo in hoc casu oportet querere aliud hylech
secundū modum prius dictū. **T**erbi gratias: si nativitas fuerit diurna et sol fue-
rit in loco apto ad hoc q̄ sit hylech: tamen nullus habet dignitatem in loco so-
lis aspiciens ipsum sol non poterit esse hylech: quia non habet alcochoden;
ideo oportet tūc perquirere hylech a luna: et si ipsa fuerit in loco apto hylech
et nullus habens in loco eius dignitatem sit aspiciens eū oportet perquirere
hylech a parte forrune vel a gradu coniunctionis vel pervectionis vel gradu
ascendētē sī ordinem predictū. **E**t videbatur quibusdā esse incipiendū a dño
domus ita videlicet q̄ si dñs domus loci hylech aspererit hylech aspicebant
eum pro alcochoden et non aspererunt aliquem alium. **S**i autem dñs domus
non aspererit aspicebant ad dñm exaltationis qui si aspererit ponebant illuz
alcochoden. **E**t si ille non aspererit aspicebat dñm triplicitatis. deinde ad do-
minus terminū: deinde et ultimo ad dominum facie. **D**orothius asperit pri-
mo dominum termini et prepositus eum domino domus: sed hoc non videtur
veritati consonum. **E**t quidam dixerunt si duo vel tres vel plures planete con-
ueniant dignitatibus ita q̄ habeant equeales fortitudines essentiales in loco
hylech et omnes aspererint illum locum accipiedus est ille qui propinquius
aspicit: et si in hoc etiam conuentant quod raro contingit accipiens est ille
qui fuerit inesse laudabili a sole ita q̄ sit coniunctus cum sole in uno gradu et
non sit elongatus ab ipso per. 16. minuta. **V**el accipiens est ille qui fuerit p-
pinquier angulo aut ille qui fuerit in initio ortus matutini: scilicet qui incipit
apparere in mane ante ortum solis aut ille qui fuerit in statione sua secunda et
tens ad directonē aut qui fuerit in alio esse laudabili a sole. scilicet q̄ sit orientalis
si fuerit aliquis trium superiorum aut occidentalis si fuerit aliquis trius
inferior. **S**i vero contingat q̄ sol fuerit hylech et fuerit in leone vel in ariete
scilicet in domo vel exaltatione sua erit ipse hylech et alcochoden. **E**t si luna fue-
rit hylech et fuerit in cancro vel in taurō erit ipsa hylech et alcochoden et non
oportet considerare aliquē alium. **P**tolemeus dicit q̄ ille est alcochoden qui
habet plures fortitudines in loco hylech siue aspiciat siue non aspiciat ipsum
locum: sed nullus sapientus concordat cum eo. ideo tunius videtur mihi tenere
viam sapientum. **H**e annis vero quos dat alcochoden licet auctor nihil dicat:
volo tamen sī sententia **H**aly abenragel pauca et veritati magis consona nar-
rare. **D**icit **H**aly abenragel maior pars sapientū huic scientie dicunt q̄ quā
do alcochoden fuerit in angulis dat annos suos maiores: et quā in succedentiū

bus dat annos suos medios. et quod in cadentibus dat annos suos minores nec
dat melioramentum alicui succendentium super alium et est error. Dicit haly aben/
ragel. scilicet quod de secretis cooperatis et signalibus celatis huius scientie est quod
alcochoden fuerit in gradu decime domus dat annos suos maiores. Et
quando fuerit in gradu undecime domus dat annos suos medios. Et quan-
do remouetur ab uno istorum duorum locorum et vadit ad aliud aspice quot
gradus sunt ab uno ad alium et dividere per eos annos qui sunt inter annos
maiores et annos medios. Verbi gratia: pono quod gradus. 10. domus sit ter-
tius gradus pisces; et pono quod venus sit alcochoden et sit in. 13. gradu piscium;
est ergo elongata a puncto. 10. domus per. 10. gradus. et pono quod a principio.
10. domus usque ad principium. 11. sunt. 30. gradus. Hoc quod si esset in principio.
10. domus daret annos maiores qui sunt. 82. Et si esset in principio. 11. domus
daret annos suos medios qui sunt. 45. nunc autem in neutro horum duorum
punctorum est. subtraham ergo. 45. annos: scilicet medios ab annis maioribus
scilicet. 82. et remanet. 37. anni quos multiplicabo per distantiam veneris a prin-
cipio decime domus et prouenient. 37. 0. et dividam per. 30. scilicet per longitu-
dinem inter decimam domum et undecimam et exhibent. 12. anni et remanent post
divisionem. 10. que multiplicabo per. 12. et dividam per. 30. et exhibent quatuor
mensis: subtraham ergo. 12. annos et quatuor menses ab annis maioribus ve-
neris et remanebunt. 69. anni. et 8. menses: et erunt anni quos dat venus in tali
casu. **I**stud exemplum poteris applicare ad alios angulos et domos. Dicit ha-
ly abenragel quando alcochoden fuerit combustus et ipse iens ad solem ita
quod non appareat perdit totum datum suum. quia quando est in hoc statu non
dat nisi dies vel horas vel res que nomen non habent. et terminus combustio-
nis est iste. **D**ost quod saturnus fuerit occidentalis a sole et sol fuerit ad eum et fue-
rint inter eos. 15. gradus donec remaserit et orientalis fuerit et fuerint inter eos
decem gradus completi. Et iupiter illud idem. **M**ars tamen postquam inter eum
et solem in occidente fuerint. 15. gradus quo usque sit orientalis et inter eos sin-
nouem gradus. **H**ermes tamen facit facta sua et dat dona sua completa quam
diu fuerit directus: dummodo non sit appropinquatus soli ad minus de septem gra-
dibus et a septem gradibus usque ad s. dat. non tamen complete. Sed a principio
septem graduum donec transeat solem per quinque gradus perdit suum datum to-
tum. et a quinque gradibus usque ad complementum septem graduum dat modicum
verum postquam transiuit. 7. gradus dat suum datum compleatum. et hoc idem facit ve-
nus exceptio quod quando appetet visibiliter ad minus horum quinque graduum
dat tunc suum datum compleatum. **L**una tamen quando applicat soli eundo ad eum et
fuerint inter eos. 15. gradus debilitatur eius factum et dat modicam rem: scilicet
dies vel quod huic assimilatur. Et quando applicuerit soli ad. 12. gradus per-
diu totum eius datum donec transuerit gradus solis per. 10. gradus et tunc dat
modicuus datum dies: scilicet vel quod ei assimilatur quo usque transuerit sole per. 12.
gradus et tunc dabit totum eius datum compleatum. **E**stus autem planete qui
est contrarius exaltationi aufert mediuz datus et terminus huius casus et ita sol
cum fuerit in quinto gradu libre quo usque transeat. 25. gradus eiusdem est in ca-
su suo. residuum signi iudicabitur sicut detrimentum. **S**aturnus est in suo casu a
principio duodecim gradus arietis donec transeat. 26. gradus eiusdem: et res

duū signi pro detrimento iudicabif. Jupiter est in suo casu a quarto gradu ea
 p̄icorni vſq; ad cōplementum. 20. graduū. et residuū signi iudicabif sicut detri-
 mentum. Mars est in suo casu a p̄ncipio. 19. gradus cācri vſq; ad finē ipsius ca-
 eri. et in p̄ncipio ipsius signi iudicabif sicut detrimento. Et venus est in suo casu
 postq; transiuit terminū. Iouis vſq; ad. 21. gradū v̄ginis. Istud de venere qd
 dicit non p̄t stare nisi intelligas scđm terminos ptolemei. scđm enīz terminos
 illos. 14. gradus virginis est finis termini iouis. Scđm vero terminos pos-
 tos in alchabicio. non est ita. ibi enim termini iouis finis in. 21. gradu virginis.
 Vel igit littera haly est corrupta vel non p̄t dictu suum intelligi nisi scđm ter-
 minos ptolemei. Et mercurius est in suo casu a p̄ncipio. 8. gradus pisciū vſq;
 ad cōplementū. 19. graduū ipsiusz in residuo eiusdē signi iudicabif tanq; si esset
 in detrimento suo. Retrogradatio triuz superiorū planetaz a p̄ncipio sue retro-
 gradationis vſq; ad oppositionē solis. i. vſq; ad medium retrogradationis au-
 fert medietatem dati z alia medietas remanet. et qn̄ transiuerit oppositionem
 solis aspice quot gradus z minuta ibit retrogradando ab oppositione solis z
 quo fuerint aspice quam ptem ppositionalem hñt ad oēs gradus quos hēre
 trogradari ab oppositione vſq; ad directionem z m̄ addas medietati dati z di-
 rigas gradus illos recte cum his minutis tali modi q̄ quādo planeta fuerit in
 p̄ncipio directionis sue dabit recte suū datuū cōpletum. Nono in hoc exēplū:
 pono q̄ mars fuerit alcochoden z fuerit datum suū touū. 60. anni scđm ppor-
 tionem p̄us factam inter angulum z succedētem z ponaf q̄ sit ipse retrograd^o
 inter medium retrogradationis medietatē hoz anōꝝ z remāserūt. 30. anni: z pono
 q̄ inerit ultra mediuꝝ retrogradationis sue. i. oppōnem solis retrogradando
 per duos gradus: z pono q̄ ab oppositōe vſq; ad directionē debeat ire retro-
 gradando per. 10. gradus multiplicabo igit̄ duos grad^o p̄ medietatez dati qd
 amisit. s. per. 30. ānos z proueniet. 60. q̄. 60. diuidā per. 10. et exibūt. 6. āni quos
 annos addas medietati dati. s. 30. annis z puenient. 36. āni. hoc eēt datuū mariū
 in casu pposito. In venus z mercurio postq; glibet eoꝝ incipi retrogradari
 pdit medietatem dati ei^o qd dat qn̄ est direct^o. z postmodū aspice quot grad^o z
 minuta sibi remanent vſq; ad occultationē suam recte q̄jto plus poteris. q̄ ve-
 nus forte appebit existendo iter eā z sole min^o. 5. gradib^o. Et qn̄ fuerit appens
 dabit medium datuū nisi apparui existendo iter eā z sole min^o. 5. gradib^o q̄tūc
 non pdest illi appitio illa in hoc statu. Postmodū dirigas illos gradus z mi-
 nuta postq; retrogradari incepit quoq; occultauerit se subul^r z recte z diui-
 das per hoc mediuꝝ dati qd remansit in mō pdicto. q̄ si occultat totuꝝ pdit ei^o
 datum sicut pdixim^o q̄ nihil remanet ei. Et p̄t exemplificari ad similitudinē exē-
 pli dati in retrogradatione triuz superiorū. Dicit haly q̄ iupiter z venus quādo
 coniuncti fuerint corporaliter vel quādo aspiciunt alcochoden de tertio vel sex
 tili adduni numero annorum quos dedit alcochoden scđm numerum anno-
 rum suorum numerorum annos vel menses vel dies vel horas iuxta vntes
 vel debilitates eorum: z tñ ambe in foriune saturnus z mars qn̄ iungunt cor-
 poraliter cū alcochoden vel ipsum aspiciunt de opposito vel q̄jto minuūt ei nu-
 merum annorum suoꝝ minorū. Sed q̄i mercurio fuerit cum fortunis addenti
 b^o alcochoden additū ūe similiter numeruz annoz suorū minorū: z quādosue-

rit cum infortunis minuentibus alcochoden minuit etiam partem suam & qd
mars & saturnus aspexerint de tertio a signis breuiis ascensionis aut de sexili
longarum ascensionum minuantur. Et dico qd sol in quarta & oppositione minuit
numerum annorum suorum minorum: & addit de 3. & sextili. Multo ex astrologis anti
quis & modernis dicunt qd luna fortunata addit de tertio vel sexili. & oes sapi
entes huius scientie confitentur qd qm natus non habuerit hylech & habuerit
aliquam duarum fortunarum in ascendentie vel medio celi possibile est qd viue
secundum qualitatem annorum minorum illius fortune que vitaz significavit ni
si gradus ascendens & luna fuerint inforunata vel fuerit eadem fortuna domi
na domus mortis: quia tunc significat modicam durabilitatem & vitam.

Almutem vero qui preest nativitatem.
Hic auctor docet eligere almutem. i. planetam dominatorem in figura a quo
eccipitur esse nati post hylech & alcochoden. Sententia littere est ista planeta
habens maius dominum sive plures fortitudines in 5. locis predictis a quibus acci
pititur hylech que sunt locus solis locus lune locus coniunctionis vel puentio
nis pars fortune gradus ascendens ille planeta est almutem. i. vincens. Si si alt
quis habuerit dignitates in haec vel tertia vel pluribus locis ex locis predictis ille
est almutem. Verbi gratia: ponit quod unus planeta sit dominus ascendentis & dominus termini
eiusdem ascendentis & cum hoc domino facie eiusdem. talis planeta haberetur in ascendentie.
8. fortitudines. & ponit quod alter planeta sit dominus exaltationis ascendentis & dominus
domus loci solis & dominus implicatus partis fortune: talis planeta esset dignior
almutem quam primus: quia habet plures fortitudines in locis predictis. Et ut
abbreviatur sermo coligende sunt fortitudines cuiuslibet in 5. locis predictis:
& ille eorum qui abundauerit in numero fortitudinum ille erit almutem.

OTer hoc profectio in annis nativita
tum atqz mun. In hoc c. docet opus profectionis. id est
mutationis annorum de uno signo ad
aliud: & hoc dupliciter. Primo in annis nativitatum. Secundo in annis ma
gnarum coniunctionum. Opus in annis nativitatum est facile & est sententia
littere talis. cum volueris scire ad quod signum applicat annus nativitatis ali
cuius: vide quot anni perfecti transferint nato & incipes a gradu ascendentie
nativitatis: & dabis cuilibet anno unum signum: & ubi finitus fuerit numerus
ibi erit signum profectionis ab ascendentie. Verbi gratia: ascendens aliquis
nativitatis fuit. 10. gra. arietis in fine primi anni venit profectio ad. 10. gradus
tauri. In fine secundi anni ad. 10. gradum geminorum: & sic secunduz hunc or
dinem dando cuilibet anno signum unum usqz ad complementum. 12. anno/
rum. tunc enim scilicet in fine. 12. annorum revertitur ad locum radicia. Si au
tem multi anni transferint nato subtrahe a toto numero annorum perfectiorum
qui transferunt nato. 12. quotiens poteris id est divide per. 12. & numerum qui
remanet infra. 12. projicie ab ascendentie nativitatis secundum modum prius
dictum. Verbi gratia: ascendens cuiusdam nativitatis fuit. 13. gradus virginis
& transferunt nato. 32. anni solares completi. subtrahaz a. 32. annis. 12. bis & re
manent. 8. anni completi: dabo ergo primum annum virginis: secundum librum.

erium scorpionis: quartum sagittario: quintum capricorno: sextum aquario
 septimum pisibus: octauum arietis: veniet ergo profectio ad signum quod sic
 cedat immediate: scilicet ad taurum ad consimilem gradus gradui radicis: scilicet
 ad. 13. euidentem. **Sicut** dixi de gradu ascendentis: ita faciendum est de gradu so-
 lis: et gradu lune: et gradu partis fortune: et ubi applicuerit annus dominus illius si-
 gni est dispositio illius anni. Et ab illo accipiuntur facta de quibus natus se in-
 ponit exempla in littera: ideo non est necesse multum insistere exemplis Dein
 de dicit auctor cum profectio anni peruenierit ad aliquem gradum alicuius si-
 gni et fuerit alius planetae vel radii alicuius planetae post ipsum gra. in eodem
 signo vel in eadem domo in figura et volueris scire quando perueniet pro-
 fectio ad ipsum planetam vel radios eius: vide quot gradus et minuta sint inter-
 illos per. 2. et sextam vniuersitatem. hoc est dicere dabis cuilibet gradui. 12. dies et sex-
 tam partem vniuersitatem prouenient tibi dies qui sunt a principio illius anni usque
 ad tempus in quo profectio perueniet ad planetam vel eius radios. Ratio au-
 tem quare cuilibet gradui dantur. 12. dies: et. 6. vniuersitas: quia hoc modo in fi-
 ne anni compleetur vnum signum. Si enim multiplicaueris. 30. gradus per. 12.
 et sextam vniuersitatem. 365. dies qui sunt dies vniuersitatis anni. Dicte Ptoleme-
 us in propositione. 236. quarte partis quadripartiti sui: et sciens dispositionem
 facti annorum accipiendo numerum annorum nativitatis: et projiciens eos
 a quolibet locorum hylegiorum secundum ordinatem signorum vnicuique
 signo annum et accipiemus dispositorem signo in quo applicat numerus gra-
 dum. Idem Haly in commento dicit quod in hoc dicto vult narrare Ptole-
 mens quod quodlibet signum disponit in anno uno: et sic ibidem signi revolutio
 in quo est significator quibuslibet. 12. annis una vice usque ad finem vite: et hoc
 sciunt in omnes astrologi.

profectio non annos numerit

Profectedio autem ex annis mundi. Hic do-
 cetur opus
 pfectio in annis mundi. Fententia littere est talis. Quod volueris sci-
 re applicationem annorum alicuius sectie vide quot transferint anni solares com-
 pleti a principio illius anni in quo fuit magna coniunctio que significavit illa
 sectiam: et divide illum numerum annorum per. 12. et numerum qui remanserit in-
 fra. 12. projicie ab ascendentis illius anni in quo fuit coniunctio et ubi applicue-
 rit numerus ibi est signum profectedio. Auctor ponit exemplum in lira de secta sar-
 racenorum. i. machometi: et dicit quod inter annum coniunctionis que significavit legem
 illam et annum apparitionis machometi. s. in quo incepit predicare fuerunt. 61. anni.
 Alia littera habet 52. anni. Ego credo quod debet esse. 52. anni: et. 57. dies alioquin non
 concordabit cum illo quod dicit postea. et ascendens anni in quo fuit illa coniunctio fu-
 it signum geminorum et prouenit ille annus in quo incepit predicare ad signum vir-
 гинis: scilicet ad signum illius planetae qui fuit dominus signi ascendentis anni coniunc-
 tionis. Si enī subtrahantur a. 51. 12. quotiens poterit remanent. 3. detur ergo
 signum geminorum primus. sedis cancro. tertius leoni. et sic annus in completo
 qui fuit positus in numero peruenit ad signum virginis. Non est nobis ma-
 gna cura quod anni fuerunt ab anno illius coniunctionis usque ad primum an-

63

nuā arabum. Sufficiat enī nobis scire q̄ ānus illi in quo ſciperat anni arabū
puenit ad virginē: ga anni arabū ſunt nobis noti ex tabulis extractiōis earū z
poterimus incipe a vīgine fm q̄ dicit auctor in līa. Et qz tpe auctor ipſi opera
banū i pub⁹ ſuis per ānos pſaz: iō applicat dcī ſuū ad ānos pſaz, z dicit cuž
volueris h̄re noticiam huius rei. iſcire ad qd ſignū applicat ann⁹ ex āno con
iunctionis que ſignificauit ſectā ſarracenoū vide quo āni pſarum trāſierū z
verte illos in dies per tabulā extractiōis eaz deferuientē annis pſaz: aut quod
multipliſcentē anni per. 365 tot enim dies cōtinet annus pſicus quia anni pſici
non h̄nt q̄rtaz diez z numero diez q̄ prouenerit tibi adde. 3624. dies. tot enī di
es fuerūt a principio annoꝝ arabum vſq; ad principiuꝝ annoꝝ persaz. z qd
collectum fuerit diuide p. 365, z quartā vniuers: z puenit anni ſolares: ſi qd reſu
diuum fuerit erunt dies anni imperfecti. Et potes etiam numerū dierū reduce
re ad annos ſolares per tabulas extractiōis eaz deferuētez annis ſolaribus.
Tota intentio auctoris ſtat in hoc quod ſciamus quoꝝ anni ſolares pfecti tran
fierunt ab initio annoꝝ arabum vſq; ad tempus cōſideratiōis z damus culi
bet anno vnum ſignū fm modū prius dictū: z incipiemus a virginē: z ego po
nam exemplum applicādo ad computationes noſtras fm annos dñi nr̄i iefu
christi. Cū volueris ſcire ad qd ſignum applicat annus cōiunctionis que ſigni
ficauit legem ſarracenoꝝ. Subtrahe ab annis xp̄i. 621. annos z. 6. menses z
14. dies. tot enim anni fuerunt a principio annoꝝ christi vſq; ad principiuꝝ an
noꝝ arabū z numerum annoꝝ perfectorū qui remanerit diuide p. 12. z
illud qd remanent pīce a virginē dando culibet anno ſignum vnu ꝑm modū
prius dictum z remanent anni imperfecti ſequens anni pfectos quos di
uiſisti manet in virginē. Verbi gratia: anni xp̄i ſunt mō. 1330. completi z. 12. di
es ab illis subtraham. 621. annos. 6. menses. 14. dies remanent 708. anni ſola
res pfecti. 6. menses. z. 8. dies. Illius ſunt anni q̄ trāſierunt a pncipio annoꝝ
arabum vſq; modo. quos anni pfectos diuidā p. 12. z totus numer⁹ ſurgit
ita q̄ non remanet aliquis ānus pfectus. Vico ergo q̄ pfectio āni cōiunctiōis
magne que ſignificauit ſectam ſarracenoꝝ modo eft in virginē fz ſniā aucto
ris. Sicut exēplificatum eft de ſecta ſarracenoū ita pōt fieri in alijs ſectis ſi de
beant dici ſecte ſi ſciāt cōiunctio ſignificans illā ſectā z aſcēdētē āni cōiunctiōis.
Hed de hac materia non expedi multuz loqui. eft enī res que nō cōcordat cuž
ſide noſtra: ſed ſi quis delectat in hiſ z voluerit reducere mutationes que fiunt
in legibus ad motus ſuperiorꝝ corporū legat libros de magnis cōiunctiōibus z
ibi inueniet. Deinde dicit ſi volueris pfectiōez a ſigno cōiunctiōis que ſigni
cauit predictaz ſecta pīce anni predictos a ſcorpiōe: qz cōiunctio illa fm eū
fuit in ſcorpiōe. Si vero volueris pfectionez ab aſcēdētē regni vide quoꝝ an
ni ſolares trāſierunt a pncipio illius regni. Ipſe exēplificat de vno regno: ſed
necio de quo regno loſz z non euro q̄a fine exēplo ſuo pōt iſtelligi līa. Sicut
autē dī de aſcēdētē regni ita dz iſtelligi de aſcēdētē fundatiōis alicui⁹ ciuitatis
vel caſtri vel ēt cuiuscūq; edificij: ita q̄ accipiant anni ſolares pfecti q̄ trāſierū
a pñ° fundationis illi⁹ z pīcianſ ab aſcēdētē pncipij fundatiōis fm modū an
dcī. Deinde dicit ſi volueris pfectionē ab aſcēdētē mutatiōis cōiunctiōis. Io
uſis z saturni de triplicitate aquatica ad triplicitatē igneā ſubtrahe ab annis
pſarum. 176. anni pſicos z conuerte illos qui remanent in anni ſolares z

projice a leone. vult discere quod coniunctio iouis et saturni in principio annorum perlarum fuit in triplicitate equatica et post principium annorum plarum per quos ipsi computabant per. 176. annos mutauit se coniunctio ad triplicitatem igneas; id est subtrahere ab annis persax. 176. annos et remanet anni et transiret ab anno mutationis pueris ad triplicitatem igneas et tuber eius annos gerantur vertere in annos solares quia puer non habet bixellum; et anni solares habent pse dens in anno mutationis coniunctionis ad triplicitatem igneam. ex quo videatur quod auctor iste fuit et composuit hunc librum in tempore quo coniunctio fuit in triplicitate ignea. nunc autem hec coniunctio est in triplicitate aerea. ideo ponam exemplum de triplicitate in qua nos sumus. Cum volueris scire protectionem ab anno mutationis coniunctionis iouis et saturni ad triplicitatem aeraem subtrahere ab annis christi. 1324. annos 2. 71. dies 2. 20. horas tauri enim tempus transiit a principio annorum Christi usque ad principium annorum mutationis coniunctionis ad triplicitatem in qua nos sumus; et residuum pro parte a 13. gradu tauri. ille enim fuit ascendens anni supradicti; et ubi perduxit numerus ibi erit protectio anni. Verbi gratia: anni christi sunt numero. 1320. completi; et 22. dies ab illis subtraham. 1324. annos 2. 17. dies et remanent 5. anni perfecti et 316. dies anni imperfecti; dabo primum annum tauri incipiendo a 13. gradu eius sicut signo geminorum incipiendo a 13. gra. eius tertium cancro. quartum leoni incipiendo a 13. gradu eius. quintum virginis incipiendo. a 13. gradu eius. venit ergo protectio. 6. anni medium perfecti ad libram ad 13. gradum. Si si volueris gradum in quo est perfectio diei ultimi ex diebus qui transierunt de anno imperfecto multiplicata numerum dierum anni perfecti per. 30. et productum diuide per. 365. et numerus quotiens erit gradus. Si autem aliquid remanserit post diuisione multiplicata illud per. 60. et diuide per idem prius et numerus quotiens erit minuta. verbi gratia. in pposito exemplo remanserunt de anno imperfecto. 316. dies quos multiplicabo per. 30. et prouenient. 9480. quem numerum diuidam per. 365. et exhibent. 25. gradus et remanent post diuisionem. 35. que multiplicabo per. 60. et prouenient. 2130. et diuidam per. 365. et exhibent. 58. minuta addam ergo super. 13. gradum librum. 15. gradus et 58. minuta et proueniet numerus usque ad. 8. gradus et 58. minuta scorponis: ibi ergo nunc est protectio ab ascendentem anni mutationis coniunctionis ad triplicitatem aeraem.

Significator ad quilibet horum.

OTer hoc directio. In hoc capitulo auctor docet directio significatorem quilibet ad quemlibet locum circuli. Intelligenduz est primo quod directio sive dirigere significatorem ad quemlibet locum circuli nihil aliud est quam inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris usque ad locum ad quem debet dirigi. Si locus significatoris fuerit in medio celi vel in angulo terre tunc dirigere est inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris usque ad locum quem debet dirigiri in orizonte recto. Si autem fuerit in ascidente vel in occidente tunc est inuenire illos gradus in orizonte obliquo. Si autem non fuerit in aliquo horum locorum tunc accipiuntur

64

ascensiones mixtum scilicet miscendo ascensiones circuli directi cuius ascensiones
bus regionis; proportionaliter tamen sicut distantiam loci significatoris ab an-
gulis; et gradus directionis quandoque significant annos quandoque dies quinque
alia tpa. In nativitatibus qlibet gradus significant annum. In revolutionibus annorum
mundi et nativitatibus quilibet gradus significant diem. Et quidam voluit quod in
revolutionibus annorum. 59. minuta et 8. seda scilicet motus solis in uno die
significant unum diem. In coniunctionibus solis et lune et in oppositionibus se-
cundum quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta scilicet quantum luna mo-
uetur in die per medium cursum significat diez. Quo ergo volueris significato-
rem aliquem dirigere ad quemque locum circuli si significator ille fuerit in gra-
du medi celi vel in angulo terre subtrahere ascensiones circuli directi gradus si-
gnificatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis dirigere et remanet
gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascendente aut occidente sub-
trahere ascensiones circuli obliqui gradus significatoris ab ascensionibus circuli obli-
qui ad quemvis eum dirigere et remanet gradus directionis. Exemplum quando est
in medio celi. Non quod luna sit in medio celi in 5. gradu aquarii et pono quod
radij oppositi saturni sint in 6. gradu piscium. Nonam quod vellim dirigere
lunam ad radios oppositos saturni. Quesui igitur ascensiones gradus lune in
circulo directo et inueni. 37. gradus. 23. minuta. Quesui etiam ascensiones sex-
ti gradus piscium ubi sunt radij oppositi saturni in eodem circulo directo et in
ueni. 67. gradus. 48. minuta. Deinde subtrahi ascensiones lune ab ascensioni-
bus radiorum saturni et remanserunt. 30. gradus. 25. minuta. illi essent gradus
directionis in hoc casu. Exemplum quando est in ascendente. Non quod luna
sit in eodem 5. gradu aquarii et radij saturni in 6. piscium. Quesui ascensiones
gradus lune in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48 graduum. et
inueni. 330. gradus. 22. minuta. Quesui etiam ascensiones sexti gradus piscium
et inueni. 348. gradus. 31. minuta. subtrahi ascensiones lune ab ascensionibus
gradus radiorum saturni et remanserunt. 18. gradus. 9. minuta illi essent gra-
dus directionis in hoc casu. hoc eodem modo dirigetur gradus ascendens ad
quemlibet locum circuli. Si vero significator dirigendus fuerit sexta hec lo-
ca tunc si fuerit in ter medium celi et ascendens vide distantiam eius a medio celi
subtrahendo ascensiones gradus medi circuli in circulo directo ab ascensioni-
bus gradus significatoris quam distantiam serua. Deinde scias medietatem ar-
cus diurni gradus significatoris per modum dictum in capitulo de radiatio-
bus et serua eam. Deinde subtrahere ascensiones circuli directi gradus signifi-
catoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis eum dirigere et qd rema-
serit erit significator circuli directi serua eum. Deinde subtrahere ascensiones gra-
dus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eum di-
rigere in eodem circulo obliquo et qd remanserit est significator regionis. Dein-
de subtrahere significatorem minorem de maiori et distantiam multiplicata per dis-
tantiam ab angulo medi celi et productum dividere per medietatem arcus diurni et p-
ueniet ps proportionalis qd additum super significatore circuli directi si fuerit minor
significatore regionis; vel subtrahere si fuerit maior et qd puererit erit gradus di-
rectiois. Si autem velles dirigere contra successionem signorum sicut dirigerunt ptes
et planetae retrogradi. s. procedendo ab ascendentie versus medi celi tunc debes ac-

cipere distantiam significatoris ab ascidente per ascensiones regionis et de-
 bes addere partem proportionalē dñe duorum significatorū sup significatorē regio-
 nis illi erit minor significatore circuli directi aut subtrahere ab eo si est ma-
 ior. in alto nō differt opus. Si autem significator dirigendus fuerit iter ascēdēs et an-
 gulus terre; vide distantiam gradus signitoris ab ascēdere subtrahendo ascēsiones
 gradū ascēdēs regionis ab ascēsionib⁹ grad⁹ significatoris regionis et serua-
 cū in ope radiationū quā ē serua. Deinde subtrahē ascēsiones gradus signifi-
 catoris in circulo obliquo ab ascēsionib⁹ loci ad quē vis eū dirigere in eodē
 circulo obliquo et quod remāserit est significator regionis quā serua. Deinde subtra-
 he ascēsiones gradus significatoris circuli directi ab ascēsionib⁹ circuli directi. deinde
 subtrahē minorē de maiori et remanebit dñia duorū significatorū; quā multipli-
 ca p̄istantia gradus significatoris ab ascēdēte et p̄ductū diuide p̄ medietatē ar-
 cus nocturni grad⁹ signitoris et proueniet pars proportionalis quā addē signitoris
 si fuerit minor signitore circuli directi; vel subtrahē a signitore regionis
 si fuerit maior signitore circuli directi; et post additionē; v̄l subtractionē prouene-
 rit sunt gradus directionis. Si vero volueris dirigere cōtra successionē signo-
 rū; procedēdo ab angulo terre versus ascēdens: tunc debes acciperere distā-
 tias signitoris ab angulo terre per ascēsiones circuli directi et multiplicare illā p̄
 et partē proportionalē debes addere ad significatorē circuli directi si fuerit mi-
 nor signitore regionis. Vel subtrahē si fuerit maior in alio nō differt opus. Si
 autem significator dirigendus fuerit inter angulum terre et gradū occidentis ope/
 rari debes cū gradu opposito significatoris et cū gradu opposito loci ad quem
 vis eū dirigere et p̄ distantiam gra. oppositi significatoris gra. enim oppositus significato-
 ris in linea meridiana quātū gra. significatoris ab angulo terre; et me-
 dietas arcus diurni gra. oppositus est tanta q̄ta est medietas arcus nocturni si/
 gnificantoris. et est tunc idem opus q̄ fuit inter mediū celi et ascēdens. Si vero
 signitor dirigendus fuerit iter angulum occidentis et mediū celi debes operari sīl
 p̄ gradū oppositi significatoris et p̄ distantiam eiusdem ab ascēdēte et p̄ medietatē
 arcus nocturni eiusdem gradus oppositi et p̄ gradū oppositi loci significatoris
 ad quē dirigendus est; et est eiusdem operatio sicut fit inter ascēdens et angulum
 terre. Si vero cōtingat q̄ significator dirigendus sit in una quadra et locus ad
 quem debet dirigi sit in alia quadra. Verbi gratia: significator sit inter mediū
 celi et ascēdens; et locus ad quē debet dirigi sit inter ascēdens et angulum ter-
 re tunc debes dirigere usq; ad angulum et postea dirigere angulum usq; ad lo-
 cum ad quem debet dirigi et iungere has directiones insimul. Diriges autem
 significatorem prius dictum: ita q̄ accipias distantiam significatoris ab angu-
 lo qui est retro ipsum in ordine signorum sicut si fuerit inter angulum mediū ce-
 li et ascēdens accipies distantiam eius ab angulo mediū celi. Et si fuerit in/
 ter ascēdens et angulum terre accipies distantiam eius ab ascēdēte ac-
 cipies etiam medietatem arcus diurni vel nocturni gradus significato-
 ris vel eius oppositi per modum prius dictum; et angulum ad quem vis di-

rigere accipiens pro loco ad quem debet dirigi: et teneto ordinem prius dictum.
Illâ directione facta diriges angulum per modum prius dictum quâ significator fuerit in aliquo angulorum usq; ad locum ad quem debet dirigi significator et addes una directiōē cum alia: et puenies gradus directiōis. **D**uctio in littera dicit quod debet accipi distantia significatoris ab angulo et illa debet dividii per partes horarum graudis significatoris et proueniet hore distantiæ significatoris ab angulo et dicit quod debet accipi sexta pars differentiæ duorum significatorum quâ sextam partem iubet multiplicare per horas distantiae significatoris a meridiis et proueniens iubet addere ad significatores circuiti directi vel subtrahere per modum dictum. **S**ed modus quâ posui est leuior et planior. In modo enim auctoris oportet accipere distantiam ab angulo per eundem modum quem ego posui et ultra hoc oportet querere partes horarum gradus significatoris: et itea dividere distantiam ab angulo per partes horarum gradus significatoris quod prouenerit tenere. Oportet etiam secundum modum suum querere significatorem circuiti directi et significatorem regionis per eundem modum quæ posui et etiam differentiam duorum significatorum: et ultra hoc oportet illam differentiam dividere per sex ad hoc que habeat. pars ei^o. **L**u in mulitudine operationū faciliter cadat error videtur mihi modus quâ posui certior. Exemplum quando significator est inter medium celi et ascendens et locus ad quem debet dirigi in eadem quadra scilicet inter medium celi et ascendens. **N**ono quod luna sit hylech et sit in quinto gradu aquarij et pono quod radij oppositi saturni et idem esset de corpore: fini in sexto gradu pisiciun: et pono quod angulus medij celi sit. 20. gradus capricorni. **A**d dirigendum lunam ad gradus saturni quesui primo ascendens gradus medij celi in circulo directo et inueni. 21. gradus et 39. minuta subtraxi ascensiones gradus medij celi ab ascensionibus gradus lune: et remansit distantia lune a medio celi. 15. gradus. 44. minuta. **V**en de quesui ascensiones gradus lune in circulo obliquo et inueni. 330. gradus 22. minuta quesui etiam ascensiones gradus oppositi loci lune. 104. gradus et 30. minuta a quibus subtraxi ascensiones gradus lune: sed quia non potui subtractare eo quod ascensiones gradus lune erant maiores ascensionibus gradus oppositi addidi ascensionibus gradus oppositi lune. 360. gradus et prouenerunt. 464. gradus. 30. minuta: deinde subtraxi et remanserunt. 134. gradus 8. minuta et hoc fuit totius arcus diurnus gradus lune quem mediavi et fuit me dietas. 67. gradus et 4. minuta. **S**eruauit itaq; distantiam lune a medio celi et medietatem arcus diurni lune. **H**einde subtraxi ascensiones gra. lune in circulo directo que fuerunt. 37. gradus. 23. minuta ab ascensionibus gra. radiorum saturni in eodem circulo que fuerunt. 67. gra. 48. minuta et remanserunt. 21. gradus. 25. minuta: et hoc fuit significator circuiti directi seruauit itaq; eum. **H**einde subtraxi ascensiones gra. lune in circulo obliquo qui fuerunt. 330. gradus. 22. minuta ab ascensionibus radiorum saturni in eodem circulo obliquo qui fuerunt. 348. gradus. 31. minuta et remansit significator regionis qui fuit 18. gradus. 9. minuta. **H**einde subtraxi significatorem regionis a significatore circuiti directi et remansit differentia duorum significatorum que fuit. 12. gradus. 16. minuta. **H**einde multiplicauit istam differentiam per distantiam lune a medio celi et diuisi per medietatem arcus diurni gradus lune et prouenit ps. ppromo.

65

nalis que fuit. 2. gradus. 25. minuta. 38. ha quam partem proportionalem etiam
 subtraxi a significatore circuli directi quia fuit maior significatore regiōis et re
 manserunt gra. directionis qui fuerunt. 27. gradus. 32. minuta. 21. scđo. accepti
 pro quolibet gradu vnum annum et pro quibusbet minutis. 5. residuis vnum
 mensem. et pro quolibet minuto. 6. dies: et p quolibet scđo. 6. minuta diez cum
 completem fuerit hoc tempus a tempore nativitatis cui⁹ figura fuerit hoc mo⁹
 disposita morietur natus. Quando vero significator est inter ascendens et an-
 gulum terre operaberis cum distantia ab ascendentē et cum medietate arcus
 nocturni: et non disert in alio. Cum volueris dirigere contra successionem si-
 gnorum si significator fuerit inter mediū celi et ascendens operaberis cu⁹ dista-
 nia ab ascendentē et cum medietate arcus diurni. Si significator fuerit inter an-
 gulum terre et gradum occidentis operaberis cum opposto gradus significa-
 toris et gradu opposito loci ad quem vis dirigere: et tunc est opus tuum inter
 medium celi et ascendens. Et si significator fuerit inter gradum occidentis et
 medium celi operaberis similiter cu⁹ gradibus oppositis: et tunc est opus tuu⁹
 inter ascendens et angulum terre. Nota tamen q̄ secundum modum dictu⁹
 diriguntur significatores quando nō habent latitudinem. Quādo autē signifi-
 catores habent latitudinem difficultor est modus: et propter hoc factum fuit
 instrumentum ad dirigendum planetas habentes latitudinem et illud instru-
 mentum vocatur directorium. Nidebatur compositori seu inuentori illius in-
 strumenti q̄ significator habens latitudinem non posset dirigī per tabulas
 ascensionum: vel non sine magna difficultate. Ego autē dico q̄ instrumentum
 sum non est sufficiens: nisi sit maxime quantitatibus ita q̄ possit recipere minuta
 tale autem vix potest fieri. In directionibus enim vt plurimum accipit p quo
 libet gradus vnum annus. modo si in directionib⁹ instrumentū non sit divisus
 nisi per gradus vix inuenietur in eo certitudo vsq; ad annū: et hoc si instru-
 mentum sit bene factum ita q̄ non sit error individualē: hoc autē nō sufficit. Ego
 dico tibi q̄ significator habens latitudinem potest dirigī ad locū hūitem latitu-
 dinem per tabulas ascensionum: et nō vidi modū expositiū in aliquo libro. Mo-
 dus autē est iste cum volueris dirigere significatorem hūtez latitudinē ab eccl⁹
 yptica ad corpus alicui⁹ planete ēt hūtis latitudinē vel ad radios alicui⁹ hūtis
 latitudinem. quere primo gradū cu⁹ quo significator mediat celū sūm doctrinaz
 canonum primi mobilis. Deinde quere gradum cum quo mediat celū loc⁹ ad
 quem vis dirigere sūm eandem doctrinam: et acicies gradum cum quo signifi-
 cator mediat celum pro loco significatoris: et per hunc scies distantiam signi-
 ficatoris a medio celi vel ab ascendentē per modum prius dictum nec plus
 nec minus: et acicies locum cum quo mediat celum locus ad quem debet di-
 rigi pro loco ad quem debet dirigī: et cum istis duobus queres significatorem
 circuli directi per modum prius dictum. deinde quere gradum cum quo ori⁹
